X 539 5 63 Bll.

Schr. 438 (22)

I/1301

fol. 56 v.: Jahreszahl: 1385

Schreiber: Benvenutus de Ymola

Suetonius Tranquillus. Caesares (Auszüge); Benvenutus de Rambaldis, Liber Augustalis (desgl.); Abriß der jüdischen Geschichte von den Makkabäern bis zu Herodes Agrippa, italienisch. Papier-Handschrift italien. Provenienz, 2. Hälfte d. XV. Jhdts. Kl.-4⁰ (220:150 mm). 63 Bll. Rot. Hldr.

Fol. 1: C. Suetonii Tranquilli de vita XII Caesarum. (Auszüge, die zunehmend reichlicher werden, so daß B. I. ‚Iulius' fol. 1r—2v, B. XII ‚Domitianus' fol. 38v—42r einnimmt).
Fol. 42r: Versus Ausonii de XII Caesaribus' (‚Primus regalem . .', ‚Iulius, ut perhibent . . .', ‚Exegit poenas . . .'; ed Schenkl, p. 112 ff.).
Fol. 43r: Benvenutus de Rambaldis de Imola, Liber Augustalis (Auszüge aus dem 1385 — vgl. fol. 56v — entstandenen Werk über die römischen Kaiser und Könige, von Nerva bis zu Wenzel IV.; danach ‚Constantinus quartus', ein Nachtrag zu fol. 58v).
Fol. 56v (beg.:) ‚Qui se comensa lo secundo libro delli Machabei . . . Morto Simone quinto figiolo de Matahtia . . .' (end. fol. 63v:) ‚. . . allo Iordano oltre dui tribi e meza' (Kurze Darstellung der jüdischen Geschichte des I. vorchristlichen und des I. Jhts. n. Chr., besonders über die Familienkämpfe im Hause des Iohannes Hyrcanus und des Herodes, auf Grund von Josephus' „Jüdischen Altertümern").

Hs 34161
Ms. Codex 856

AA

Cyprus

Caii Suetonii Tranquilli de vita xii Cesar. Liber primus Diuus Iulius Cesar incipit.

Corneliam cinne quater consulis duxit in uxorem ex qua illi mox Iulia nata. — Aurelia mater Cornelie

In cornelie autem locum pompeiam duxit quinti pompei filiam Sille neptem: cum qua deinde divortium fecit adulteratam opinatus a publio Clodio: quem inter publicas cerimonias penetrasse ad eam muliebri veste tam constans fama erat ut senatus questionem de pollutis sacris decreverit. — P. Clodius

Ad retinendam autem pompei necessitudinem ac voluntatem Octaviam sororis sue neptem: que Caio Marcello nupta erat condicione ei detulit sibique filiam eius in matrimonium petiit fausto Sille destinatam.

De victoria eius contra pompeium ptolomeum

Hinc urbe repetita macedoniam transgressus pompeium per quattuor pene menses maximis obsessum operibus ad extremum pharsalico prelio fudit: et fugientem Alexandriam persecutus: ut occisum deprendit: cum ptolomeo rege a quo sibi quoque insidias tendi videbat — ptolomeus rex egypti

Regnum egypti Cleopatre fratrique eius minori permisit. — Cleopatra

Ab alexandria syriam et inde pontum transiit urgentibus de pharnace nuntiis quem Mitridatis filium iactantem se de pompeio — pharnax filius Mitridatis.

Commemorans eius felicitatem.

Deinde scipionem ac Iubam reliquias partium in africa refoventes devicit pompei liberos in hispania. — Scipio Iuba

De gemitu eius apud statuam magni Alexandri

Cum accessisset in hispaniam gadesque venisset animadversa apud Herculis templum magni Alexandri imagine ingemuit et quasi pertesus ignaviam suam quod nihil dum a se memorabile actum esset in etate qua iam Ale- — Gades insula Orientalis

Ms. Codex 886

continuo — Gandes orbem terrarum Regisset inssione ~~contin~~ et flagitauit ad capiendas quam primum maiorum rerum occasiones

De Calphurnia uxore recepta et filia Julia pompeio tradita.

Calphurnia pisonis filia. — Sub idem tempus Calphurniam L. pisonis filiam successoris sui sibi in consulatum duxit uxorem suamque filiam Cneo pompeio collocauit: repudiato priore sponso Seruilio Cepione cum uel praecipua opera paulo ante Bibulum impugnauerat.

Julia filia Cesaris

Cneo pompeio

Seruilius Cepio

De luxuria eius

Pronum et sumptuosum in libidines fuisse constans oppinio est: plurimasque et illustres feminas corrupisse: in quibus postumiam Seruij Sulpitij: Lolia Auli gabinij: Tertullam M. Crassi et Cn. pompei Mutiam: dilexit et M. bruti matrem Seruiliam cui et proximo suo consulatu sexagies sextertium margaritam mercatus est: et bello ciuili super alias donationes amplissima predia ex auctionibus hasta minimo addixit.

Tertulla uxor Crassi

Seruilia mater bruti

Mutia uxor Cn. p.

De constantia et seueritate eius contra Cassium

Non minora illa constantie eius immo maiora et inditia fuerunt: post aciem pharsalicam cum premissis in Asiam copiis per angustias hellesponti uector nauiculo traiceret L. Cassium partis aduerse cum decem rostratis nauibus obuiam sibi neque refugit: et comminus tendens ultro ad dedictionem hortatus supplicem ad se recepit.

L. Cassius

De equo Cesaris — De equo eius insigni cum pedibus eius humanis

Vtebatur autem insigni equo pedibus prope humanis et in modum digitorum ungulis scissis: quem natum apud se cum aruspices imperium orbis terre significare domino pronuntiassent magna cura aluit nec patientem sessoris alterius primus ascendit cuius et instar pedes

genitricis postea dedicavit.

Subscripsere quidam L. Bruti statue: utinam viveres. Item ipsius Cesaris statue: Brutus quia reges eiecit consul primus factus est. Hic quia consules eiecit rex postremo factus est. Conspiratum est in eum a sexaginta amplius. C. Cassio Marcoque et Decio Bruto principibus conspirationis. — C. Cassius / Marcus / Decius Brutus.

C[illegible] presentibus mortem eius.

Capue in quodam monumento quod apertum fuerat tabula enea reperta fuit conscripta litteris verbisque grecis hac sententia: quandoque ossa Capys detecta essent fore: ut Iulo prognatus manu consanguineorum necaretur: magnisque mox Italie cladibus vindicaretur. Erat enim scriptum super sepulchrum: Capys conditor Capue sepultus. — Capis conditor / Capue.

Proximis diebus equorum greges quos in traiciendo Rubicone flumine consecrarat: ac vagos sine custode dimiserat comperit pertinacissime pabulo abstinere ubertimque flere. — De equis In. Ce: — ubertim

Calphurnia uxor imaginata est collabi fastigium domus maritumque in gremio suo confodi: ac subito cubiculi fores sponte patuerunt. — Calphurnia uxor / Cesaris.

De cede ac morte Cesaris

Assidentem conspirati specie officii circumsteterunt: illicoque Cimber Tullius qui primas partes susceperat quasi aliquid rogaturus propius accessit: renuentique et gestum in aliud tempus differenti ab utroque humero togam apprehendit. deinde clamantem ista quidem vis est: alter Cassius adversum vulnerat paulum infra iugulum. Cesar Cassii brachium arrepto graphio traiecit: conatusque prosilire alio vulnere tardatus est: ut animadvertit undique se strictis pugionibus peti toga caput obvolvit. — Cimber Tullius — Cassius / Graphium pugionem — De statura ei.

Fuisse traditur excelsa statura: colore candido: teretibus membris: ore paulo pleniore: nigris vegetisque oculis: valitudine prospera: nisi quod tempore extremo repente animo linqui: atque etiam per somnum exterreri solebat: comitiali quoque morbo bis inter res gerendas correptus est. Circa corporis curam morosior ut non solum tonderetur diligenter: ac raderetur: sed velleretur etiam ut quidam exprobraverunt et cultu notabilem ferunt: usum enim lato clavo ad manus fimbriato: nec ut unquam aliter quam super eum cingeretur: et quidem fluxiore cinctura: unde emanasse Sulle dictum optimatis sepius admonentis ut male precinctum puerum caverent.

atque ita tribus et viginti plagis confossus est.

De testamento eius recitato

Postulante igitur Lucius piso socer testamentum eius quod recitatum postea fuit in domo Antonij idibus septembris proximis in quo instituit heredes sororis nepotes. C. Octavium ex dodrante et Lucium Pinareum et Quintum pedium ex quadrante Reliquos in ima cera. C. Octavium et in familiam nomenque adoptavit. Decium Brutum et in secundis heredibus. populo [illegible] circa tyberim publice et viritim trecenos sextercios legavit.

C. Octavius
Lucius pinarius
Q. pedius
Cesaris nepotes.

C. Octavius
Decius Brutus relictus heres a cesare

De etate eius ac stella cometa et loco ac die mortis eius

Periit sexto et quinquagesimo etatis anno: atque in deorum numerum relatus est: Siquidem ludis quos primo consecratos ei heres Augustus edebat stella crinita per septem dies continuos fulsit: exoriens circa undecimam horam: creditumque est animam esse Cesaris in celum recepti:

Mors cesaris.

hic vixit annis lvi. Imperavit tribus annis. et septem mensibus.

De triumphis eiusdem

Confectis bellis quinquies triumphavit post devictum Scipionem quater eodem mense sed interiectis diebus: et rursus semel post superatos pompei liberos: primum et excellentissimum egit gallicum: sequentem Alexandrinum: deinde ponticum: huic proximum Africanum novissimum hyspaniensem diverso quemque apparatu: et instrumento.

Octavianus Cesar .II. Imperator

Mentem octaviam velitris precipuam olim fuisse multa declarant Nam et vicus celeberrima parte oppidi iam pridem Octavius vocabatur: et ostendebatur ara Octavio consecrata: qui bello dux finitimo cum forte marti rem divinam faceret nuntiata repente hostis incursione semicruda exta rapta foco prosecuit: atque ita prelium ingressus

Cesar augustus nepos fuit Cesaris et filius adoptivus Imperavit prudenter et laudabiliter tot annis quot Cesar vixerat lvi. de quibus regnavit xv cum antonio et lepido triumviris de reliquum per se solus cum magna tranquillitate rexit.

ſtus uictor rediit

De origine et ſtirpe maiorum Octauiani

Gens a Tarquinio prisco rege, inter romanas gentes allecta in ſenatum: mox a Seruio Tullio in patritias traducta procedente tempore ad plebem ſe contulit ac rurſus magno ui per diuum Iulium in patriciatum rediit.

De patre Octauiani

Octauianus pater a principio etatis: et re et eſtimatione magna fuit: ut equidem mirer hunc quoque a nonnullis argentarium: atque etiam inter diuiſores operasque campeſtres proditum. Amplis enim innutritus opibus honores et adeptus eſt facile: et egregie adminiſtrauit et post pretura macedoniam ſortitus eſt

De morte patris Octauiani et filijs eius

Rediens macedonia priuſquam conſiteri ſe candidatum conſulatus poſſet morte obiit repentina ſuperſtitibus liberis Octauia maiore: quam ex Anchana et Octauia minore. Item Augusto quos ex Actia tulerat Actia Marcio Balbo et Iulia ſorore C. Ceſaris genita eſt. Balbus paterna ſtirpe aricinus multis in familia ſenatorijs imaginibus arctare magnum pompeium arctiſſimo contingebat gradu.

De tempore et loco natiuitatis Octauiani

Natus eſt Augustus. M. Tullio Cicerone et Antonio conſulibus viiii kalendas octobris paulo ante ſolis ortum.

De nominibus et cognominibus eius

Infanti cognomen Thurino inditum eſt in memoriam maiorum originis uel quod in regione thurina recens

Octauius octauiani imperatoris pater fuit argentarius.

Octauia maior Octauia minor et Augustus.

Actia Marcij Balbi et Iulie ſororis ceſaris filia fuit

Thurinus prius octauianus uocabatur

eo nato pater Octavius adversus fugitivos prospere rem gesserat. Thurinum cognominatum satis probatione tradiderim certa
Sed et a M. Antonio in epistolis per contumeliam saepe Thurinus appellatur. Postea Caii Cesaris et deinde Augusti cognomen assumpsit.

Iulia Avia Augusti

Patrem amisit. duodecimum annum agens Aviam Iuliam defunctam pro concione laudavit.

De quinque bellis civilibus per eum gestis

Bella civilia

Bella civilia quinque gessit [illegible]ense: philippense: perusinum: Siculum: Actiacum. Ex quibus primum ac novissimum adversus Marcum Antonium: Secundum Adversum Brutum et Cassium: tertium adversus L. Antonium triumviri fratrem: quartum adversus Sextum pompeium Cn. pompei filium. Omnium bellorum initium et causam hinc assumpsit nihil convenientius ducens quam necem avunculi vindicare tuerique acta.

L. Antonius

De bello mutinensi

Mutina

Confestim ut Appollonia rediit Brutum Cassiumque et nec opinantes aggredi statuit: nec non Decimum Brutum obsessum mutine provincia a Cesare data et per senatum confirmata expellere armis conatus est.

Hoc cum bello Hirtius pansaque post et vulnere perissent rumor increbuit: ambos opera eius occisos ut Antonio fugato re publica consulibus orbata solus victores exercitus occuparet.

Sed ut Cognovit Antonium post fugam a M. Lepido receptum: ceterosque duces et exercitus consentire pro partibus: causam optimatium sine cunctatione deseruit.

De bello philippensi

Anita cum antonio et Lepido societate philippense quoque bellum quamquam invalidus atque eger dupplici prelio transegit. Iussit ut caput Bruti roma mitteretur et statue Cesaris submitteretur.

De bello perusino.

Quo tempore L. Antonium fiducia consulatus quem gerebat
ac fraterne potentie res novas molientem confugere
perusiam coegit: et ad deditionem fame compulit non
tamen sine magnis et ante bellum et in bello discriminibus.
Circa perusinum autem murum sacrificans pene interceptus
est a manu gladiatorum que oppido eruperat.

De penis inflictis captivis in bello perusino

Perusia capta in plurimos animadvertit: orare veniam vel
excusare se conantibus una voce occurrens moriendum esse
Scribunt quidam trecentos ex dediticiis electos utriusque ordinis
ad aram divo Iulio extructam idibus martiis hostiarum
more mactatos:

De bello Siculo.

Post pompei fugam collegarum alterum M. Lepidum
quem ex africa in auxilium vocarat superbientem viginti
legionum fiducia: summasque sibi partes terrore et minis
vendicantem spoliavit exercitu supplicemque concessa vita
Circeios in perpetuum relegavit. M. Antonii societatem
semper dubiam et incertam fuit

De bello Actiaco et Alexandrino ac
victoria et cede Antonii et Cleopatre.

Ab actio cum Samum insulam in hiberna se recepisset:
Asie Syrieque circuitu egyptum petit. Obsessa Alexan
dria quo Antonius cum Cleopatra confugerat: brevi
potitus est. et Antonium quidem seras conditiones pacis
tentantem ad mortem adegit: viditque mortuum. Cleopatre
quam servatam triumpho magnopere cupiebat et psillos ad
movit qui venenum ac virus exugerent quod periisse
morsu aspidis putabatur. Ambobus commune sepul
ture honorem tribuit: ac tumulum ab ipsis incohatum
perfici iussit. Antonium iuvenem maiorem ex duobus Ful
via genitis simulacro Divi Iulii abreptum interemit.

Cesario filius cesaris et cleopatre

Item Cesarionem quem ex Cesare patre Cleopatra predicabat retractum e fuga supplicio affecit. Reliquos Antonii Regineque communes liberos non secus ac necessitudine iunctos sibi conseruauit et mox pro conditione cuiusque sustinuit ac fouit.

Alexander magnus

De gestis per eum in egypto

Per idem tempus conditorium et corpus magni Alexandri cum prolatum e penetrali subiecisset oculis corona aurea imposita ac floribus aspersum ueneratus est consultusque num ptolomeum inspicere uellet regem se uoluisse uidere non mortuum.

De bellis externis

Externa bella duo omnino per se gessit dalmaticum adolescens adhuc et antonio deuicto: cantabricum dalmatico et uulnera excepit.

De principiis per eum dominis et in amicitia receptis

Sua uirtute ac moderatione indos ac schytas auditu modo cognitos pellexit ad amicitiam suam populique romani ultro per legatos petendam. Parthi quoque et armeniam uindicanti facile cesserunt et signa militaria que M. Crasso et M. Antonio ademerant reposcenti reddiderunt obsidesque insuper optulerunt.

M. Crassus | M. Antonius | olim uicti a partis et ab Armenijs.

De Iano per eum clauso et triumphis

Ianum Quirinum semel atque iterum a condita urbe ante memoriam suam clausum in multo breuiore temporis spatio terra marique pace parta ter clausit. Bis ouans ingressus est urbem post philippense et rursus post Siculum. Curules triumphos tres egit dalmaticum actiacum: Alexandrinum continuo triduo.

De reddenda re publica bis cogitauit: primo post oppressum statim Antonium memor obiectum ab eo sibi sepius quasi per ipsum staret ne redderetur. Ac rursus tedio diuturne ualitudinis cum et magistratibus ac senatu domum accitis rationarium imperii tradidit: sed

reputans et se periturum non sine periculo fore et illum plurium arbitrio temere committi pretermittenda perseueraverunt

De sponsis et uxoribus eius

Sponsam habuit adolescens P. Servilii et Isaurici filiam sed reconciliatus post primam discordiam Antonio expostulantibus utrisque militibus ut et necessitudine aliqua iungerentur privignam eius Claudiam Fulvie ex publio Clodio filiam duxit uxorem vixdum nubilem ac simultate cum Fulvia socru exorta dimisit intactam adhuc et virginem: mox Scriboniam in matrimonium accepit nuptam ante duobus consularibus et ex altero etiam matrem cum hac etiam divortium fecit pertesus ut scribit morum perversitatem eius: ac statim Liviam Drusillam matrimonio Tiberii Neronis et quidem pregnantem abduxit: dilexit et probavit unice ac perseveranter.

Claudia filia fuit Fulvie ex P. Clodio

Fulvia iuncta fuit P. Clodii

Scribonia

pertesus

Livia Drusilla

De filia Iulia et matrimoniis eius

Ex Scribonia Iuliam: ex Livia nihil liberorum tulit cum maxime cuperet. Infans qui conceptus erat immaturus est editus. Iuliam primum Marcello Octavie sororis sue filio tantumque pueritia egresso: deinde ut is obiit M. Agrippe nuptum dedit: exorata sorore ut sibi genero cederet. Nam tunc Agrippa alteram Marcellarum habebat et ex ea liberos: hoc quoque defuncto multis diu etiam ex equestri ordine circumspectis condicionibus Tiberium privignum suum elegit: coegitque pregnantem uxorem et ex qua iam pater erat dimittere. M. Antonius scribit primum eum Antonio filio suo despondisse Iuliam deinde Cotisoni Getarum regi quo tempore sibi quoque invicem filiam regis in matrimonium petisset.

gentio

De presagiis per que magna et felicitas prosci potuit

In asclepiadis mendetis theologumenon libris lego Actiam: cum ad sollemne appollinis sacrum media nocte uenisset: posita in templo lectica: dum ceterae matronae dormirent obdormisse draconem repente irrepsisse ad eam: pauloque post egressum illam expergefactam quasi a concubitu mariti purificasse se et statim in corpore eius extitisse maculam uelut depicti draconis: nec potuisse exigi unquam adeo ut mox publicis balneis perpetuo abstinuerit Augustum natum mense decimo: et ob hoc Appollinis filium extimatum. Eadem actia prius quam pareret somniauit intestina sua ferri ad sidera explicarique per omnem terrarum et caeli ambitum: Somniauit et pater Octauius utero Actiae iubar solis exortum. Quo natus est die cum de Catilinae coniuratione ageretur in curia. Apud mundam diuus Iulius castris locum capiens: cum siluam cederet arborem palmae repertam: conseruari ut omen uictoriae iussit: Ex ea continuo nata soboles adeo in paucis diebus adoleuit ut non equipararet modo matricem: uerum et obtegeret: frequentareturque columbarum nidis: quamuis id auium genus duram et asperam frondem maxime uitet. Illo et praecipue ostento motum Cesarem ferunt: ne quem alium sibi succederi quam sororis nepotem uellet.

Actia mater Augusti
Octauius pater

De ostentis prenuntiantibus mortem eius

Mors quoque eius de qua hinc dicam diuinitasque post mortem euidentissimis ostentis praecognita est. Cum lustrum in campo martio magna populi frequentia conderet aquila eum saepius circumuolauit transgressaque in uicinam edem super nomen agrippae ad primam literam sedit: quo animaduerso uota quae in proximum lustrum suscipi mos est collegam suum Tiberium nuncupare iussit: Nam se quamquam conscriptis

Forma fuit eximia et per omnes etatis gradus uenustissima: quamquam et omnis lenocinii negligens et in capite comendo tam incuriosus: ut raptim compluribus simul tonsoribus operam daret: ac modo tonderet modo raderet barbam. Eoque ipso tempore: aut legeret aliquid: aut etiam scriberet. uultu erat tranquillo sereno: uel in sermone. Oculos habuit claros ac nitidos: quibus etiam existimari uolebat inesse quiddam diuini uigoris gaudebatque si qui sibi acrius contuenti uel contuenti quasi ad fulgorem solis uultum submitteret: sed in senecta sinistro minus uidebat: et dentes raros et exiguos et scabros. Colorem inter aquilum candidumque: staturam breuem: quam tamen Iulius Marathus libertus et a memoria eius v pedum et dodrantis fuisse tradit

peraneque eum tabulis negavit susceptorum: quod non esset solvendo.

De causis infirmitatis eius.

Causam valitudinis contraxit ex profluvio alvi: tunc campanie ora proximisque insulis circuitis caprearum secessui quatriduum impendit remississimo ad otium et ad omnem comitatem animo

De die mortis et etate et exequiis eiusdem

Obiit in cubiculo eodem: quo pater Octavius duobus sextis pompeio et Apuleio consulibus. xiiii. kal. septembris hora diei nona. lxx. et sextis etatis anno diebus quinque et xxx minus. Corpus decuriones municipiorum et coloniarum a nola bovillas usque deportarunt noctibus propter anni tempus. A bovillis equester ordo suscepit: urbique intulit atque in vestibulo domus collocavit. Senatus adhibito honoribus modo bifariam laudatus est pro ede divi Iulii a Tiberio: et pro rostris (pro r. ōn) veteribus a Druso Tiberii filio: ac senatorum humeris delatus in campum martium crematusque: Reliquias legerunt primores equestris ordinis tunicati et discincti pedibusque nudis atque in mausoleo condiderunt.

Drusus Tiberii filius

De testamento et suprema voluntate eiusdem

In suo testamento heredes instituit primos Tiberium ex parte dimidia et sextante. Liviam ex parte tertia quos et ferre nomen suum iussit. Secundos drusum Tiberii filium ex triente: et ex partibus reliquis germanicum: liberosque eius tres sexus virilis. Tertio gradu propinquos amicosque complures. Legavit populo romano quadringenties: tribubus tricies quinquies sestertium: pretorianis militibus singula milia nummorum. Cohortibus urbanis quingenos: legionariis trecenos nummos. Iulias filiam neptemque siquid his accidisset: vetuit sepulchro suo inferri.

Livia Drusilla mater Tiberii uxor Augusti

Germanicus tertio gradu propinquus Augusto

Corpore traditur maculoso dispersis per pectus atque alvum genitivis notis in modum ordinem stellarum celestis urse. Coxa femore et crure sinistro non perinde valebat ut sepe etiam inde claudicaret: sed remedio arenarum atque arundinum confirmabatur. Dextreque manus digitum salutarem tam imbecillum interdum sentiebat: ut torpentem contractumque frigore vix cornei circuli supplemento scripture admoveret

Incipit liber tertius Tiberius Cesar.

Patritia Gens claudia (fuit enim et alia plebeia nec potentia minor nec dignitate) orta est ex regillis oppido sabinorum. Inde roma recens conditam cum magna clientium manu commigravit: autore Tito Tatio consorte Romuli: vel quod magis constat: Tatio Claudio gentis principe: post reges exactos sexto fere anno a patribus in patricios cooptata. Inde cognominavit et Neronis assumpsit quod significat lingua sabina fortis ac strenuus.

De gente Claudiorum

Appius Cecus
Claudius Claudus
Tiberius Nero
Asdrubal
Claudius Appius
Claudius Drusus
Claudius pulcher
P. Clodius.

Appius cecus societatem cum rege pyrrho ut parum salubrem iniri dissuasit. Claudius claudus primus freto classe transiecto penos sicilia expulit. Tiberius Nero advenientem ex hyspania cum ingentibus copiis Asdrubalem priusquam hanibali fratri coniungeretur oppressit. Contra Claudius Appius regillanus decemvir legibus scribendis virginem ingenuam per vim libidinis gratia in servitutem asserere conatus causa fuit plebi secedendi rursum a patribus. Claudius Drusus statua sibi cum diademate ad Appii forum posita ytaliam per clientelas occupare temptavit. Claudius pulcher apud siciliam non pascentibus in auspicando pullis: ac per contemptum religionis mari demersis quasi biberent quando esse nollent praelium navale iniit. superatusque cum dictatorem dicere a senatu iuberetur. Preterea notissimum est Claudios omnes excepto dumtaxat P. Clodio: qui ob expellendum urbe Ciceronem plebeio homini atque natu minori in adoptionem se dedit. optimates assertoresque unicos dignitatis: ac potentie patriorum semper fuisse.

De qua stirpe Tiberius genus traxit

Ex hac stirpe Tiberius Cesar genus trahit et quidem

Tiberius privignus Augusti ex livia adoptatus ab eo vixit annis lxxviii imperavit xxii.

utrumque paternum a Tiberio Nerone: maternum ab appio pulchro: qui ambo Appii ceci filii fuerunt. Insertus est et Liviorum familie adoptato in eam materno avo que familia quamquam plebeia: tamen et ipsa admodum floruit octo consulatibus: censuris duabus: triumphis tribus dictatura etiam ac magisterio equitum honorata: clara et insignibus viris ac maxime Salinatore drusisque. Drusus hostium duce Drauso comminus trucidato sibi posterisque suis cognomen invenit. Traditur etiam proprtore ex provincia gallia rettulisse aurum Senonibus olim in obsidione capitolii datum: nec ut fama est extortum a Camillo.

Appius Claudius pulcher et Tiberius Nero: filii Appii ceci fuerunt.

Salinator

Drusus a Drauso sibi interfecto cognomen assumpsit

De patre Tiberii.

Pater vero Tiberii questor C. Cesaris alexandrino bello classi oppositus plurimum ad victoriam contulit. Quare et pontifex in locum P. Scipionis substitutus: et ad deducendas in galliam colonias: in quibus Narbo et Arelate erant missus est: tamen Cesare occiso cunctis turbarum metu abolitionem facti decernentibus: et de premiis tyrannicidarum referendum censuit. pretura et inde functus Uxoremque Liviam Drusillam: et tunc gravidam et ante iam apud se Tiberium enixam petenti Augusto concessit: nec multo post diem obiit utroque liberorum superstite Tiberio: Drusoque Neronibus.

P. Scipio

Narbo et Arelate

Livia Drusilla mater Tiberii Cesaris

Tiberius Drusus | fratres

De loco et tempore nativitatis Tiberii.

Tiberium quidam fundis natum existimaverunt secuti levem coniecturam: quod materna eius avia fundana fuerit: sed ut plures certioresque tradunt natus est rome in palatio XVI. kl. decembris. M. Aemilio Lepido consulibus post bellum philippense. Infantiam pueritiamque habuit luxuriosam.

Funde urbs in campania.
M. Emilius.
Lepidus

Tiberius coactus ducere Iuliam filiam Augusti reliquit Agrippinam et reddidit eam Germanico qui priscum acceperat et quam ipse habuit Drusum cum qua germanico reddidisse.

De Adolescentia et uxoribus eius

Claudius Drusus Avus Tiberii.

Virili toga sumpta adolescentiam omnem: spatiumque insequentis aetatis usque ad principatus initia: per haec fere transegit munus gladiatorium in memoriam patris: et alterum in avi Drusi dedit diversis temporibus ac locis: primum in foro: secundum in amphitheatro: dedit et ludos sed absens cuncta magnifice impensa matris ac vitrici.

Agrippina M. Agrippe filia fuit et neptis Cecilii attici quam Tiberius in uxorem dux.

Agrippinam Marci Agrippae genitam: neptem Cecilii attici equitis romani: ad quem sunt Ciceronis epistulae: duxit uxorem: sublatoque ex ea

Drusus filius Tiberii et Agrippina

filio Druso quamquam bene convenientem: invitusque quidam dimittere: ac Iuliam Augusti filiam: confestim coactus est ducere non sine magno langore animi.

Drusus Tiberii frater

Drusum fratrem in germania amisit: cuius corpus pedibus toto itinere praegrediens Roma usque pervexit.

De Agrippa iuvene occiso

Agrippa iuvenis

Excessum Augusti non prius palam fecit quam Agrippa iuvene interempto. Hunc tribunus militum custos appositus occidit lectis codicillis: quibus ut id faceret iubebatur. Quos codicillos dubium fuit Augustusne moriens reliquisset: quo materiam tumultus post se subduceret: an nomine Augusti Livia et ea conscio Tiberio: an ignaro dictasset. Tiberius renuntianti tribuno factum esse quod imperasset.

De testamento Augusti

Caius filii fuerunt Augusti Lucius sed octaviani

Testamenti initium fuit: quoniam sinistra fortuna Caium et Lucium filios mihi eripuit: Tiberius Cesar mihi ex parte dimidia: et sextante heres esto:

De morte filiorum eius

Germanicus filii fuerunt Drusus Tiberii cesaris

Sed orbatus utroque filio: quorum germanicus in Syria. Drusus Romae obierat secessum Campaniae petiit: constanti et opinione et sermone paene omnium quasi neque rediturus umquam et cito mortem obiturus: quod paulo minus utrumque evenit

nam neque Romam amplius rediit: sed et paucos
post dies iuxta Terracinam in praetorio: cui Speluncae
nomen erat incenante eo complura et ingentia saxa
fortuito superne dilapsa sunt: multisque convivarum
et ministrorum elisis praeter spem evasit.

Peragrata Campania: cum Capuae capitolium Nolae
templum Augusti: quam causam profectionis praetenderat
dedicasset Capreas se contulit: praecipue delectatus
insula: quod uno parvoque litore adiretur septa undique
praeruptis immensae altitudinis rupibus et profundo
maris.

De luxuria eius.

Luxuriosissimus fuit tam erga mares quam femi-
nas quam erga mares: nam insulis ac nemoribus passim
venereos locos commentus est. prostantesque per antra
et cavas rupes ex utriusque sexus pube paniscos et nym-
phas habitu: Fertur et in sacrificando quondam captus
facie ministri acerram praeferentis nequisse abstinere:
quin pene vix dum re divina peracta ibidem statim
seductum constupraret: simul fratrem eius tibicinem.
atque utrique mox quod mutuo flagitium exprobrabant
crura fregisse.

De Avaritia eius

Pecuniae parcus ac tenax comites peregrinationum expe-
ditionumque numquam salario cibariis tantum sustentavit

De rapinis eius

Procedente mox tempore etiam ad rapinas convertit animum
Satis constat Cn. Lentulum ... Gallorum et Hispanorum Syrorumque: et
Graeciae principes confiscatos ob tam leve ac tam
impudens calumniarum genus: ut quibusdam non aliud
sit obiectum: quam quod partem rei familiaris in pecunia
haberent: plurimis civitatibus et privatis vectigalia adi-
mebat. Et Vononem regem Parthorum: qui pulsus
a suis quasi in fidem p. R. cum ingenti gaza Antiochiam

Capua
Nola
Capree insula
Campanie

Acerra idem quod in-
censorium.

Vonone

receptat spoliatum perfidia et occisum.

Odium. De odio eius contra consanguineos
adversus necessitudines primum adversus matrem Liviam
inclusum fratrem: deinde. Toto quidem triennio quo
vivente matre abfuit semel omnino eam nec amplius
quam uno die paucissimis vidit horis. Ac mox neque
egre adesse curavit defunctamque et dum adventus sui
spem facit: complurium dierum mora corrupto de-
mum: et tabido corpore funeratam prohibuit consecrari te-
stamentumque eius pro irrito habuit: nec non et omnes eius
amicitias et familiaritates: etiam quibus ea funeris
sui curam moriens demandarat: intra breve tempus
afflixit: uno et his equestris ordinis viro et in anti-
liam condemnato. Filiorum neque naturalem Drusum
neque adoptivum Germanicum patria caritate dilexit

Nurum Agrippinam post mortem mariti odio persecu-
tus est. Quondam non iterum quam porrecta a se poma
gustare non ausam et vocare desiit simulans veneni
se crimine accersitam: cum prestructum utrumque consulto
esset: ut et ipse tentandi gratia offerret: et illa quam certis-
simum exitium caveret: demum Pannatariam re-
legavit. Conviciantique oculum per centurionem verbe-
ribus excussit. Rursus mori inedia destinanti per
vim ore deducto infulciri cibum iussit. Sed et per-
severantem: atque ita absumptam criminosissime in-
sectatus est: cum diem natalis eius quoque inter nefastos
referendum suasisset. Imputavit et quod non laqueo
strangulatam in gemonias iniecerat

De crudelitate et odio eius contra nepotes

Cum ex Germanico tres nepotes. Neronem: et Dru-
sum: et Caium: ex Druso unum Tiberium
haberet: destitutus morte liberorum maximos natu de Ger-

Drusus naturalis
Germanicus adoptivus
Tiberii filius fuit qui
habuit Agrippinam in uxorem

pannataria

Nero / Drusus / Caius — filii Germanici fuerunt nepotes Tiberii Caesaris.

maioribus filiis Neroni et Druso per ordinem commendatis
diemque utriusque tyrocinii congiario plebi dato
celebravit. Sed ut comperit ineunte anno pro eorum
quoque salute publice vota suscepta: egit cum senatu
non debere talia premia tribui nisi expertis: et etate
provectis: atque ex eo patefacta interiore animi
nota omnium criminationibus obnoxios reddidit: variaque
fraude inductos ut et concitarentur ad convitia et concitati per-
derentur: accusavit per litteras amarissime congestis et
probris: et iudicatos hostes fame necavit Neronem in in-
sula Pontia: Drusum in ima parte palatii. Putant Ne-
ronem ad voluntariam mortem coactum: cum ei carnifex quasi
ex senatus auctoritate missus laqueos et uncos ostenta-
ret. Druso autem adeo alimenta subducta ut tormentum
e culcita temptaverit mandere. Amborum sic reliquias
dispersas ut vix quandoque colligi possent.

De crudelitate eius contra gramaticos et magistros

Nihilo lenior in convictores grecolos: quibus vel maxime
acquiescebat Zenonem quendam exquisitius sermo-
cinantem: cum interrogasset que nam illa tam molesta dia-
lectos esset et ille respondisset Doridem relegavit
Cinariam existimans exprobratum sibi veterem seces-
sum quod Dorice Rhodii loquantur. Item cum soleret
ex lectione quotidiana questiones super cenam proponere
et comperisset Seleucum gramaticum a ministris suis
perquirere quos quoque tempore tractaret auctores: atque ita
preparatum venire primum a contubernio removit
deinde et ad mortem compulit. — Zenon

De penis gravissimis inmeritis propter modicum commissa

In paucis diebus quam Capreas attigit piscatori qui sibi
secretum agenti grandem mullum inopinanter obtulerat
perfricari eodem pisce faciem iussit: territus quod is

Locusta piscis

Vepres spine

atergo piscatore per aspera et devia erepsisset adse. Gratulanti
ita inter penam quod non et locustam: quam pergrandem optu-
lisset locusta quoque lacerari os imperavit. Militem pre-
torianum ob surreptum e viridario pavonem capite puni-
vit. In quodam itinere lectica: qua vehebatur vepribus
impedita exploratorem vie primarum cohortium centurionem
stratum humi pene ad necem verberavit.

Multa preterea specie gravitatis ac morum corrigendorum: sed et
magis nature obtemperans ita saeve et atrociter factitavit
ut nonnulli et versiculis quoque et presentia exprobrarent et
futura denunciarent mala.

Asper et immitis breviter vis omnia dicam
 Dispeream si te mater amare potest
Non es eques: quare non sunt tibi milia centum
 Omnia si queras: et rhodus exilium est
Aurea mutasti saturni secula cesar
 Incolumi nam te: ferrea semper erunt
Fastidit vinum: quia iam sitit ille cruorem
 Tam bibit hunc avide: quam bibit ante merum
Aspice felicem sibi non tibi romule syllam
 Et marium si vis aspice: sed reducem
Nec non antonii civilia bella moventis:
 Non semel infectas aspice cede manus.
Et dic roma perit: regnabit sanguine multo
 Ad regnum quisquis venit ab exilio

De suspitione eiusdem

Seianum res novas molientem: quamvis iam et natalem eius
publice celebrari: et imagines aureas coli passim vi-
deret: vix tandem et astu magis ac dolo quam principali
auctoritate subvertit:

De statura et membris eius

Corpore fuit amplo: atque robusto: statura que iusta

excederet: latus ab humeris et pectore ceteris quoque membris
usque ad imos pedes equalis et congruens sinistra manu agi-
liore ac validiore: articulis ita firmis ut recens et
integrum malum digito terebraret. Caput pueri vel
et adolescentis talitro vulneraret: colore erat candido
grandes oculos: et qui quod mirum esset noctu et etiam in tene-
bris viderent. Incedebat cervice rigida et obstipa adducto
fere vultu plerumque tacitus nullo aut rarissimo etiam cum
proximis sermone eoque tardissimo nec sine molli quadam
digitorum gesticulatione. Que omnia ingrata atque arrogantie
plena: et animadvertit Augustus in eo: et excusare temptavit
sepe apud senatum: ac populum professus nature vitia
esse non animi. Valitudine prosperrima usus est tempore
quidem principatus pene toto prope illesa: quamvis a tricesimo
etatis anno arbitratu suo rexerit sine adiumento con-
silioque medicorum.

De observatione religionum

Circa deos ac religiones negligentior quippe addictus
mathematice plenusque persuasionis cuncta fato agi
tonitrua tamen preter modum expavescebat et turbatiore celo
numquam non coronam lauream capite gestavit quod fulmine
afflari negetur id genus frondis.

De Artibus et disciplina

Artes liberales utriusque generis studiosissime coluit: In
oratione latina secutus est Corvinum Messalam quem
senem adolescens observaverat. Composuit et Carmen
lyricum: cuius est titulus conquestio de L. Cesaris morte
fecit et greca poemata imitatus Euphorionem et Ria-
num et parthenium: quibus poetis admodum delectatus
scripta eorum et imagines publicis bibliothecis inter veteres
et precipuos autores dedicavit: et ob hoc plerique eruditorum
certatim ad eum multa de his ediderunt. Precipue fragmenta

de historie

De infirmitate eius et quod ad urbem rediens retrocessit

Retrocedit is

His omnino toto secessus tempore Romam redire conatus semel triremi usque ad proximos naumachie ortos subvectus est disposita statione per ripas Tyberis que obviam prodeuntes submoveret. Item Appia usque ad septimum lapidem sed prospectis modo nec aditis urbis menibus rediit: primo incertum qua de causa, postea ostento territus. Erat ei in oblectamentis serpens draco: quem ex consuetudine manu sua cibaturus cum consumptum a formicis invenisset monitus est ut vim multitudinis caveret. Rediens ergo propere in Campaniam Asture in languorem incidit: quo paulum levatus circeios pertendit postea Misenum devectus est.

Astura capuit castrum

De loco et tempore mortis eius.

Interim cum in actis senatus legisset dimissos ac ne auditos quidem quosdam reos: de quibus strictim: et nihil aliud quam nominatos ab indice scripserat: pro contempto se habitum fremens repetere Capreas quoquo modo destinavit: non temere quicquam nisi ex tuto ausurus: sed tempestatibus et ingravescente vi morbi retentus paulo post obiit in villa Lucullana octavo et septuagesimo etatis anno: tertio et vigesimo imperii. XVII. calendas aprilis. Cn. Acerronio Proculo. C. Pontio Nigro consulibus. Sunt qui putent venenum ei a Caio datum lentum atque tabificum

Villa Lucullana.

De letitia Romanorum in morte eius.

Morte eius ita letatus est populus: ut ad primum nuncium discurrentes: pars Tiberium in Tyberim clamitarent: pars terram matrem deosque manes orarent: ne mortuo sedem ullam nisi inter impios darent. Alii uncum et gemonias cadaveri minarentur: exacerbati super memoriam pristine crudelitatis: et recenti atrocitate. Corpus ut a Miseno moveri cepit: conclamantibus plerisque Atellam potius deferendum: et in amphitheatro semiustulandum Romam per milites deportatum est crematumque publico funere.

De testamento et ultima dispositione eius

In eo testamento heredes equis portionibus reliquit Caium ex Germanico: et Tiberium ex Druso nepotes: substituitque invicem: Dedit et legata plerisque inter quos virginibus vestalibus ac militibus universis: plebique romane viritim: atque separatim vicorum magistris.

De germanico patre Caii et gestis eius

Germanicus. C. Cesaris pater Drusi: et Junioris Antonie filius a Tiberio patruo adoptatus: questuram quinquennio ante quam per leges liceret: et post eam consulatum statim gessit: missusque ad exercitum in Germaniam excessu Augusti nunciato legiones universas imperatorem Tiberium pertinacissime recusantes: et sibi summam rei p. deferentes incertum constantia an pietate maiore compescuit atque hoste mox devicto triumphavit: Consul deinde iterum creatus: ac prius quam honorem iniret: ad componendum orientis statum expulsus: cum armenie regem devicisset: capadociam in provincie formam redegisset: annum etatis agens quartum et tricesimum diuino morbo antiochie obiit non sine veneni suspicione. Nam preter livores: qui toto corpore erant: et spumas que per os fluebant: cremati quoque cor inter ossa incorruptum repertum est: cuius ea natura existimatur: ut tinctum veneno igne confici nequeat.

Germanicus pater Caii cesaris et drusi

De morte germanici

Obiit autem ut opinio fuit fraude Tiberii ministerio et opera Cn. Pisonis: qui sub idem tempus Sirie prepositus nec dissimulans offendendum sibi aut patrem aut filium quasi plane ita necesse esset et egrum germanicum gravissimis verborum ac rerum acerbitatibus nullo adhibito modo affecit propter que ut Roma rediit pene discerptus a populo: a senatu capitis damnatus est.

C. piso

De virtutibus animi et corporis

Omnes Germanico corporis animique virtutes: et quantas nemini cuiquam contigisse satis constat: formam et fortitudinem egregiam: ingenium in utroque eloquentie doctrineque genere precellens: benivolentiam singularem conciliandeque hominum gratie: ac promerendi amoris mirum et efficax studium. Sicubi clarorum virorum sepulchra cognosceret inferias manibus dabat. Cesorum clade variana veteres ac dispersas reliquias uno tumulo humaturus colligere sua manu et comportare primus aggressus est.

De favore et dilectione omnium ad eum

Quarum virtutum fructum uberrimum tulit sic probatus et dilectus a suis: ut Augustus omnino eius necessitudinis diu cunctatus

De presagiis mortis eius

Tamen longe maiora et firmiora de eo iudicia in morte ac post mortem extitere: quo defunctus est die lapidata sunt templa: subverse deum are: lares a quibusdam familiares in publicum abiecti: partus coniugum expositi: quin et barbaros ferunt: quibus intestinum quibusque adversus nos bellum esset velut in domestico communique merore consensisse ad indutias. Regulos quosdam barbam posuisse et uxorum capita rasisse ad indicium maximi luctus

De uxoribus et filiis Germanici

Habuit in matrimonium Agrippinam M. Agrippe filiam et ex ea novem liberos tulit: quorum duo infantes adhuc rapti: unus iam puerascens insigni festivitate cuius effigiem habitu cupidinis in ede capitoline veneris Livia dedicavit. Augustus in cubiculo suo positam quotiensque introiret exosculabatur. Ceteri superstites patri fuerunt. Tres sexus feminini. Agrippina: Drusilla Livia continuo trienno nate: totidem mares Nero: et Drusus: et C. Cesar. Neronem et Drusum senatus Tiberio criminante hostes iudicavit.

Agrippina / Drusilla / Livia | filie fuerunt Germanici

Nero / Drusus / Caius Cesar | filii Germanici et omnes nepotes

Tiberii Cesaris.

De loco et tempore nativitatis C. Cesaris

Caius Cesar natus est pridie calendas septembris: patre suo: et C. Fonteio Capitone consulibus ubi natus sit incertum diversitas tradentium facit. Gneus Lentulus Getulicus tyburi genitum scribit. plinius secundus in treveris vico abitarvino supra confluentes Addit et pro argumento aras ibi ostendi inscriptas ob Agrippine puerperium. Versiculi imperante mox eo divulgati apud hibernas legiones procreatum indicant.

C. Cesar natus Tyburis.

In castris natus patriis nutritus in armis
Iam designati principis omen erat.

De cognomine Caii et ubi primo fuerit educatus

Galligule cognomen castrensi loco traxit: quia manipulario habitu inter milites educabatur. apud quos quantum preterea per hanc nutrimentorum consuetudinem amoris et gratie valuerat: maxime cognitum est cum post excessum Augusti tumultuantes et in furorem usque precipites solus haud dubie conspectu suo flexit.

Comitatus est patrem: et syriaca expeditione unde reversus primum in matris: deinde ea relegata in Livie Auguste proavie sue contubernio mansit: quam defunctam pretextatus et pro rostris laudavit. Transiitque ad Antoniam aviam: et inde vicesimo etatis anno accitus Capreas a Tiberio uno atque eodem die togam sumpsit: barbamque posuit sine ullo honore qualis contigerat tyrocinio fratrum eius.

De signis sevitie eius in iuventute

Naturam tamen sevam atque probrosam: nec tunc quidem inhibere poterat quin et animadversionibus penisque ad supplicium datorum cupidissime interesset: et ganeas atque adulteria capillamento celatus et veste longa noctibus obiret ac scenicas saltandi canendique artes studio

sime appeteret . facile id sane Tiberio patiente .

De uxore eius et suspicione veneficij in Tiberium

Iunia Claudilla uxor C. Claudij

Non ita multo post Iuniam Claudillam M. Sillani nobilissimi viri filiam duxit uxorem: qua amissa et partu Enniam Neviam Macronis uxorem: qui tum pretorianis cohortibus preerat: sollicitavit ad stuprum pollicitus et matrimonium suum si potitus imperio fuisset per hanc insinuatus Macroni veneno Tiberium aggressus est: ut quidam opinantur spiranti adhuc detrahi anulum: et quia suspitionem retinentis dabat pulvinum iussit inici: atque etiam fauces manu sua oppressit liberto qui ob atrocitatem facinoris exclamaverat confestim in crucem acto. voluit ulcisci necem matris sue et fratrum plurimes dicit introisse cameram secum tulisse cum pugione interimere et tamen misericordia commotus abstinuisse.

suspitionem

Ingressoque urbem statim consensu senatus: arbitrium omnium rerum illi permissum est tanta publica letitia: ut tribus proximis mensibus: ac ne totis quidem supra centum lx. milia victimarum cesa tradantur. Accessit ad immensum civium amorem nobilis et externorum favor.

Arthabanus parthorum rex fuit.

Namque Arthabanus parthorum rex odium semper contemptumque Tiberij preferens amicitiam eius ultro petiit: venitque ad colloquium legati consularis. et transgressus euphratem aquilas et signa romana: cesarumque imagines adoravit.

Tiberio cum plurimis lacrimis laudato pro concione funeratoque amplissime confestim pandateriam et pontias ad transferendos matris fratrisque cineres festinavit tempestate turbida quo magis pietas emineret: aditique venerabundus: ac per semet in urnas condidit: Post hec antonie avie quecumque unquam Livia Augusta honorum cepisset uno senatus consulto concessit. Claudium equitem Romanum ad id tempus Collegam sibi in consulatum assumpsit: Fratrem Tiberium die viri=

Antonia fuit Avia Caij Cesaris.

lis

lis lege adoptauit: appellauitque principem iuuentutis
Libellum de salute sua oblatum non recepit: contendens nihil
sibi admissum: cur cuique inuisus esset negauitque se de
latoribus aures habere.
Restituit legata ex testamento Tiberii quamquam aboliti
sed et Iulie Auguste quod Tiberius suppresserat
cum fide ac sine calumnia repraesentata persoluit: Ducen
tesima auctionum Italie remisit. Multis incendiorum damna
suppleuit. ac si quibus regna restituit: adiecit et fruc
tum omnem uectigaliorum: et reditum medii temporis ut An
tiocho comageno sestertium milies confiscatum.
Et certum autem ut dies quo cepisset imperium parilia uo
carentur: uelut argumentum rursus condite urbis.
Consulatus quattuor gessit.
Nouum preterea atque inauditum genus spectaculi ex
cogitauit. Nam Baiarum medium interuallum puteola
nas moles trium milium et sexcentorum fere passuum
ponte coniunxit contractis undique onerariis nauibus
et ordine duplici ad anchoras collocatis superiectoque ag
gere terreno ac directo in Appie uie formam: per hunc
pontem ultro citro commeauit: biduo continenti primo die
phalerato equo insignisque quercea corona: Scio plerosque
existimasse talem a Caio pontem excogitatum emulatione
Xerxis qui non sine admiratione aliquanto angu
stiorem hellespontum contabulauerit. — pons constructus a Caio in emulationem Xerxis.
Edidit et peregre spectacula in Sicilia: Syracusis As
ticos ludos et in Gallia Lugduni miscellos: sed hoc cer — Miscelli
tamen quoque grece latineque facundie quo ferunt — Lugdunum Ciuitas
uictoribus premia uictos contulisse eorundem et laudes — Gallie. Inquit C. cesar
componere coactos: eos autem qui maxime displicuissent scripta — constituit certamen poetarum
sua spongia linguaue delere iussos: nisi ferulis ob
iurgari aut flumine proximo mergi maluissent.

Ceterum qui desipuit: reliqua ut de monstro narranda sunt. Compluribus cognominibus assumptis (nam et pius et castrorum filius et pater exercituum: et optimus maximus Cesar vocabatur) cum audiret forte reges: qui officii causa in urbem advenerant concertantes apud se super cena de nobilitate generis exclamavit: inde semper regis odio prosecutus fuit.

Agrippe se nepotem neque credi: neque dici ob ignobilitatem eius volebat: suscensebatque si qui vel oratione vel carmine imaginibus eum Cesarum insererent. Predicabat autem matrem suam ex incesto. Quod Augustus cum Iulia filia admisisset procreatam: Avie Antonie secretum deneganti. Fratrem Tiberium inopinantem repente immisso tribuno militum interemit: Syllanum item socerum ad necem secandasque novacula fauces compulit. Nam successorem imperii Claudium patruum non nisi in ludibrium reservavit.

Syllanus

Claudius patruus Caii Cesaris.

De libidine eius cum sororibus.

Cum omnibus sororibus suis stupri consuetudinem fecit plerumque convivio singulas infra se vicissim collocabat uxore super cubante: Ex Drusillam vitiasse virginem pretextatus adhuc creditur. Atque etiam in concubitu eius quondam deprehensus ab avia Antonia apud quam simul educabantur.

De uxoribus eius.

Liviam Horestillam Caio Pisoni nubentem cum ad officium et ipse venisset ad se deduci imperavit: intraque paucos dies repudiatam biennio post relegavit quod repetisse usum prioris mariti tempore medio videbatur. Cesoniam neque facie insigni neque etate integra: matremque iam ex alio viro trium filiarum: sed luxurie ac lascivie perdite et ardentius et constantius amavit ut sepe clamide peltaque et galea ornatam et iuxta

Livia horestilla uxor C. Cesaris que ante nupta erat Caio pisoni.

Cesonia uxor C. Cesaris.

ad equitantem militibus ostendit amicis vero et nudam,
Infante ex ea nata Iuliam Drusillam appellari iussit
Ptolomeum regis Iubae filium consobrinum suum (erat — Ex Caesonia Iulia Drusilla nata fuit
enim et is M. Antonii ex Selene filia nepos) et in
primis ipsum Macronem ipsam Enniam adiutores impe-
Macro — rii: quibus omnibus pro necessitudinis iure: proque meri- — Ptolomeus filius
Ennia uxor — torum gratia cruenta mors persoluta est — Regis Iubae. Consobrinus C. Ca.

Revocatum quendam a vetere exilio sciscitatus quidnam
ibi facere consuesset: respondente eo per adulationem deos semper
oravi ut quod evenit periret Tiberius: et tu imperares
opinans sibi quoque exules suos mortem imprecari: misit
circum insulas: qui universos trucidarent. Cum discerpi
senatorem concupisset subornavit qui ingredientem curiam
repente hostem publicum appellantes invaderent: graphiisque
confossum lacerandum ceteris traderent. Nec ante satiatus
est quam membra et artus et viscera hominis tracta per vicos: atque
ante se congesta vidisset.

Praetorium virum ex secessu Anticyrae quam valitudinis
causa petierat propagari sibi commeatum saepius desideratem
cum mandasset interimi adiecit necessariam esse sanguinis
missione — effusionem: cui tam diu non prodesset helleborum.

Non temere in quemquam nisi crebris et minutis ictibus animad-
verti passus est ut se mori sentiat. Tragicum illud subinde
iactabat: oderint dum metuant — Proverbium oderint dum metuant

Saepe in conspectu prandentis vel comessantis seriae quae-
stiones per tormenta habebantur. Miles decollandi ar-
tifex quibuscumque e custodia capita amputabat. Puteolis
dedicatione pontis: quem excogitatum ab eo significavimus
cum multos e litore invitasset ad se repente omnes praecipita-
vit. Quosdam gubernacula apprehendentes contis:
remisque detrusit in mare. Lautiore convivio effusus
subito in cachinnos consulibus: qui iuxta cubabant quidnam

nisi uno meo nutu iugulari utrumque uestrum statim posse.

Inter varios iocos: cum assistens simulacro Iovis Apellem tragedum consuluisset ut illi maior videretur: cunctantem flagellis discidit. uter

Statuas virorum illustrium ab Augusto ex capitolina area propter angustias in martium campum collatas ita subvertit atque disiecit: ut restitui salvis titulis non valuerint. Vetuitque post hac viventium cuiquam usquam statuam aut imaginem nisi se consulto et auctore poni.

Vetera familiarum insignia nobilissimo cuique ademit Torquato torquem. Cincinnato crinem: Cneo Pompeio stirpis antique magni cognomen: ptolomeum de quo rettuli et arcessitum e regno: et exceptum honorifice non alia causa repente percussit quam quod edente se munus ingressum spectaculum convertisse hominum oculos fulgore purpuree abolle animadvertit. pulchros et comatos quotiens sibi occurrerent occipitio raso deturpabat: Erat Esius proculus patre primipilari ob egregiam corporis amplitudinem et speciem colosseros dictus. Hunc spectaculis detractum: repente et in arenam deductum Thraeci: et mox oplomacho comparavit bisque victorem constringi sine mora iussit: et pannis obsitum vicatim circumduci: ac mulieribus ostendi: deinde iugulari.

Nullus denique tam abiecte condicionis: tamque extreme sortis fuit: quin eius commodis obtrectaret

Marcus Lepidus
M. Hester

Marcum Lepidum. M. Hesterem pantomimum quosdam obsides dilexisse fertur commercio mutui stupri. Valerius Catullus consularis familie iuvenis stupratum a se ac latera sibi contubernio eius defessa et vociferatus est.

De statura corporis

Statura fuit eminenti: palido colore: corpore enormi: gracilitate maxima cervicis et crurum: et oculis et temporibus concavis: fronte lata et torva: capillo raro

ac circa ceruicem nullo: hirsutus cetera: Vultum uero
natura horridum ac tetrum et ex industria efferabat compo-
nens ad speculum in omnem terrorem ac formidinem. Vali-
tudo eius neque corporis neque animi constitit. Puer comitiali
morbo uexatus in adolescentia ita patiens laborum erat:
ut tamen nonnumquam subita defectione ingredi stare colligere semet
ac sufferre uix posset: mentis ualitudinem et ipse sense-
rat: ac subinde de secessu: deque purgando cerebro cerebro
cogitauit. Creditur potionatus a Cesonia uxore amato-
rio quidem medicamento: sed quod in furorem uerterit. Inci-
tabatur insomnio maxime: neque enim plus quam tribus noc-
turnis horis quiescebat: ac de his quidem placida qui-
ete: sed pauida miris rerum imaginibus. Ideo quod magna
parte noctis uigilie cubandique tedio: nunc thoro residens:
nunc per longissimas porticus uagus identidem atque expec-
tare lucem consueuerat. De ualitudine mentis et contemptu deorum

Non immerito mentis ualitudini attribuerim diuersissima
in eodem uitia summam confidentiam et contra nimium metum.
Nam qui deos tantopere contemperet: ad minima tonitrua
et fulgura conniuere caput obuoluere. Ad uero maiora
proripere se e strato sublectumque condere solebat. Pe-
regrinatione quidem Siciliensi irrisis multorum locorum mi-
raculis: repente a Messana noctu profugit: et nei uerticis fu-
mo ac murmure pauefactus.

Erat enim facundus et promptus utique si per orandum uel in
aliquem esset irato et uerba et sententie suppetebant

De arte canendi saltandi et aurigandi

Thrax et Auriga Saltator ita erat ut ne publicis quidem
spectaculis temperaret: Mnestem pantomimum etiam inter
spectacula osculabatur: ac siquis saltante eo uel
leuiter obstreperet detrahi iussum manu sua flagella-
bat. Equiti romano tumultuanti per centurionem de-

nunciaret: ut abiret sine mora hostium: p̄terea q̄ ad
Ptolomeum regem i mauritaniam codicillos suos. Quorum
est erat ei quem istuc misi: neque boni quicquam neque mali
feceris. De conuiuatione eorum
Ita bacchante atque grassante non defuit plerisque animus
ad oriri: Multi in eum coniurauerunt
Futurae cedis multa prodigia extiterunt: olympie simu-
lacrum Jouis: quod dissolui transferrique roma placuerat tan-
tum cachinnum repente edidit ut machinis labefactis
opifices diffugerint: Superuenitque illico quidam Cassius
quoque nocte uisum se somnio affirmans immolare taurum
Jovi. Capitolium Capue idus martii de celo tactum
Pridie quam periret somniauit consistere se in celo iuxta soliu
iouis impulsumque ab eo dextri pedis pollice et in terras precipitatum.
De Cede et morte eius
Nono Calendas februarii: hora quasi septima cunctatus an
ad prandium surgeret marcescente adhuc stomacho pri-
diani cibi onere: tandem suadentibus amicis egressus
est. Cum in crypta per quam transeundum erat pueri
nobiles ex asia adcelendas in scenis operas euocati prepa-
rarentur: ut eos inspiceret: hortareturque restitit: ac nisi
princeps gregis algere se diceret redire ac representare spe-
ctaculum noluit: Fama est alloquenti pueros a tergo Che-
ream ceruicem gladio cesim grauiter percussisse premissa uoce
hoc age: et hinc Cornelium sabinum alterum e coniuratis tri-
bunum ex aduerso traiecisse pectus. Iacentem contractisque me-
bris clamitantem se uiuere ceteri uulneribus xxx confecerunt
Nam signum erat omnium repete.
De funere Caii et morte uxoris et filie eius
Vixit annis xxviiii. Imperauit triennio et decem mensibus
diebusque octo: cadauer eius clam in hortos lamianos aspor-
tatum: et tumultuario rogo semiambustum leui cespite

Gaius Caligula pronepos Tiberii natus ex germanico filio
drusi qui fuerat frater primus tiberii. hic fuit iuuenis
pessimus omnium et cepto nerone.

obrutum est: postea per sorores ab exilio reversas erutum et sepultum crematumque: satis constat prius quam id fieret hortorum custodes umbris inquietatos. In ea quoque domo in qua occubuerit nullam noctem sine aliquo terrore transactam donec ipsa domus incendio consumpta sit. Periit una et uxor Cesonia gladio a centurione confossa: et filia parieti illisa

Incipit Quintus liber Suetonii Tranquilli divus Claudius Cesar.

De patre Claudii et gestis.

Patrem Claudii Cesaris Drusum olim decimum mox Neronem prenomine Livia cum Augusto gravida nupsisset intra mensem tertium peperit: fuitque suspitio ex vitrico per adulterii consuetudinem procreatum. Sed Drusus in questure preturaque honore dux Rhetici deinde Germanici belli Occeanum septentrionalem primus Romanorum ducum navigavit: transque Rhenum fossas novi et immensi operis effecit: que nunc adhuc Drusine vocantur: Hostem etiam frequenter cesum. Quas ob res ovandi ius: et triumphalia ornamenta percepit. Ac post preturam confestim inito consulatu: atque expeditione repetita supremum diem morbo obiit in estivis castris que ex eo appellata sunt Scelerata. Corpus eius municipiorum coloniarumque primores suscipientibus obviis scribarum decuriis ad urbem devectum: sepultumque est in martio campo. Unde existimo non nullos tradere ausos suspectum eum Augusto: revocatumque ex provincia: et quia cunctaretur interceptum veneno. Quod equidem magis ne pretermitterem rettuli: quam quia verum aut verisimile putem. Cum Augustus tantopere et vivum dilexerit ut coheredem semper filiis instituerit: sicut quondam in senatu professus est et defunctum ita pro contione

Pater Claudii C. divus fuit Drusus decimus mox Nero quem Livia mater Tiberii quam Augustus in uxorem duxit peperit

Claudius nepos Tiberii natus ex Druso patruo Gaii Caligule qui prima etate fuit semper infirmus vilis et est [illegible] debuit succedere in imperio Gaio fuit sibi [illegible] interfectus ab Agrippina veneno

laudavit: ut deos precatus sit similes ei Cesares suos facerent: sibique tam honestum quandoque exitum darent quam illi dedissent: nec contentus elogium tumulo eius versibus compositis insculpsisse etiam vite memoriam prosa oratione composuit. Ex Antonia minore complures quidem liberos tulit: verum tres omnino reliquit: Germanicum. Livillam Claudium.

Germanicus | Livilla | Claudius — filii Claudii ex Antonia minore

De Nativitate Claudii

Claudius natus est Iulio Antonio Fabio Africano consulibus calendis augusti Lugduni eo ipso die quo primum ara ibi Augusto dedicata est: appellatusque Tiberius Claudius drusus: mox fratre maiore in iuliam familiam adoptato. Germanici cognomen assumpsit. Infans autem relictus a patre: ac per omne fere pueritie atque adolescentie tempus variis et tenacibus morbis conflictatus est: adeo ut animo simul et corpore hebetato ne progressa quidem etate ulli publico privatoque muneri habilis existimaretur.

Tiberius Claudius Drusus

Mater Antonia portentum eum hominis dictitabat: nec absolutum a natura: sed tantum inchoatum: ac si quem socordie argueret stultiorem aiebat filio suo Claudio: Avia augusta pro despectissimo semper habuit: non affari nisi rarissime non monere nisi acerbo et brevi scripto aut per internuntios solita. Nam et Avunculus maior Augustus quid de eo in utramque partem opinatus sit quo certius cognoscatur capita ex ipsius epistolis posui.

Mater Claudii Antonia

Claudii Augusti ad Liviam epistola.

Collocutus sum cum Tiberio ut mandasti mea Livia: quid nepoti tuo Tiberio faciendum esset ludis martialibus. Consentit autem uterque nostrum semel nobis esse statuendum quod consilium in illo sequamur. Nam si est artius ut ita dicam quid est quod dubitemus quin per eosdem articulos et gradus producendus sit per quos frater eius productus sit.

De honore Consulatus eidem Tiberium negato et secessu eius

Tiberius patruus petenti honores consularia ornamenta detulit: sed instancius legitimos flagitanti id solum codicillis rescripsit quadraginta aureos in saturnalia et sigillaria misisse ei. Tunc demum abiecta spe dignitatis ad ocium concessit modo in hortis et suburbano: modo domo: modo in campanie secessu delitescens: atque ex contubernio sordidissimorum hominum super veterem segnitie notam ebrietatis et alee quoque infamiam subiit.

Tiberius patruus Claudij

Sub Caio demum fratris filio secundum existimationem circa initia imperij omnibus lenocinijs colligente honores auspicatus consulatum gessit una per duos menses: evenitque ut primum ingredienti cum fascibus forum pretervolans aquila dexteriore humero consideret. Sortitus est et de altero consulatu in quartum annum: preseditque nonnumquam spectaculis in Caii vicem acclamante populo feliciter partim patruo imperatoris partim Germanici fratri.

Sed nec discriminibus quidem caruit: primum in ipso consulatu: quod Neronis et Drusi fratrum Cesaris statuas segnius locandas ponendasque curasset pene honore submotus est:

Caius nepos ipsius Neronis Drusi Tiberij

De initio imperij Claudij

Per hec ac talia maxima etatis parte transacta quinquagesimo anno imperium cepit quantumvis mirabili casu. Exclusus inter ceteros ab insidiatoribus Caii: cum quasi secretum eo desiderante turbam submoverent in dietam: cui nomen est Hermeum recesserat: neque multo post rumore cedis exterritus prorepsit ad solarium proximum interque pretenta foribus vela se abdidit: latentem discurrens forte

Gregarius miles animadversis pedibus studio sciscitandi quisnam esset agnovit: extractumque et pre metu ad genua sibi accidentem imperatorem salutavit: Hinc ad alios commilitones fluctuantes: nec quicquam adhuc quam frementes perduxit ab his lectice impositus: et quia sui diffugerant vicissim succollantibus in castra delatus est: tristis ac trepidus miseratione obvia turba quasi ad penam raperetur insons. Receptus intra vallum

inter excubias militum pernoctavit aliquanto minore spe quam fiducia: Nam consules cum senatu et cohortibus urbanis forum capitoliumque occupaverant: asserturi communem libertatem. Accitusque et ipse per tribunum plebis in curiam ad suadenda que viderentur: vi se et necessitate teneri respondit. Postero vero die senatu segniore in exequendis conatibus per tedium ac dissensionem diversa censentium: et multitudine que circumstabat unum rectorem iam et nominatim exposcente armatos pro concione iurare in nomen suum passus est: promisitque singulis quinadena sestertia primus Cesarum fidem militis etiam premio pigneratus.

De gestis per eum in initio principatus

Tribunis vero ac centurionibus paucis e coniuratorum in Caium numero interemptis: exempli simul causa et quod suam quoque cedem depoposcisse cognoverat. Conversus hinc ad officia pietatis iusiurandum neque sanctius sibi neque crebrius instituit quam per Augustum. Avie Livie divinos honores et circensi pompa currum elephantorum Augustino similem decernenda curavit.

Urbis annoneque curam sollicitissime semper egit.

Opera magna potius quam necessaria quam multa perfecit: sed vel precipua aque ductum a Caio inchoatum. Item emissarium Fucini lacus: portumque hostiensem quamquam sciret ex his alterum ab Augusto precantibus assidue Marsis negatum: alterum a divo Iulio sepius destinatum: ac per difficultatem omissum. Claudie aque gelidos et uberes fontes: quorum alteri ceruleo: alteri curtio et albudino nomen est: simulque rivum anienis novi lapideo opere in urbem perduxit: divisitque in plurimos et ornatissimos lacus. Per tria autem passuum milia partim effosso monte partim exciso canalem absolvit: egre et post undecim annos quamvis continuis

Aque ductus a Caio inceptus postmodum perfectus a Claudio.

Lacus Fucini

xxx° hominum milibus sine intermissione operantibus portu hostie extraxit: circunducto dextra sinistraque brachio: et ad introitum profundo iam salo mole obiecta: qua quo stabilius fundaret: navem ante demersit: qua magnus obeliscus ex egypto fuerat advectus: congestisque pilis superposuit altissimam turrim in exemplum alexandrini phari: ut ad nocturnos ignes cursum navigia dirigerent.

Pharus Alexandrinus

Messallina uxor Claudii

Sacra Eleusina etiam transferre ex attica romam conatus est. Templumque in sicilia veneris Ericinae vetustate collapsum ut ex erario populi romani reficeretur auctor fuit.

Venus ericina

De sponsis et uxoribus eius

Sponsas admodum adolescens duas habuit: Aemiliam Lepidam Augusti proneptem: item Liviam medullinam: cui et cognomen et Camille erat e genere antiquo dictatoris Camilli: priorem quod parentes eius Augustum offenderant virginem adhuc repudiavit.

Aemilia Lepida pronepos Augusti.

Livia medullina

Valeria messallina

Post has Valeriam Messallinam barbati Messalle consobrini sui filiam in matrimonium accepit: quam cum comperisset super cetera flagitia atque dedecora Caio silio etiam nupsisse dote inter auspices consignata supplicio affecit. Verum illecebris Agrippine Germanici fratris sui filie per ius osculi: et blanditiarum occasiones pellectus in amorem subornavit proximo senatu qui censeret cogendum se ad ducendum eam uxorem quasi rei publice maxime interesset: dandamque ceteris veniam talium coniugiorum que ad id tempus incesta habebantur ac vix uno interposito die confecit nuptias.

Agrippina filia Germanici fratris Claudii

De liberis et generis suis

Liberos ex tribus uxoribus tulit: ex Herculanilla Drusum et Claudium: ex Petina Antoniam

Herculanilla uxor

Drusus
Claudius filii Claudii

Petina uxor et
Antonia filia

Appius Syllanus
Iulia Drusi filia
Iulia Germanici

Lucius Syllanus

De maleficijs opera libertorum et uxorum perpetratis

Appium Syllanum consocerum suum: Iuliasque alteram Drusi alteram Germanici filiam crimine incerto nec defensione ulla data occidit. Item Gn. Pompeium maioris filie virum et L. Syllanum minoris sponsum. Ex quibus pompeius in concubitu dilecti adolescentuli confossus est. Syllanus abdicare se pretura iiii kal. Januar. morique initio anni coactus est.

De forma eius

Auctoritas dignitasque forme non defuit vel stanti vel sedenti: ac precipue quiescenti: Nam et prolixo nec exili corpore erat: et specie canicieque pulchra opimis cervicibus: ceterum et ingredientem destituebant poplites minus firmi: et remisse quid vel serio agentem multa dehonestabant: risus indecens: ira turpior: spumante rictu humentibus naribus: caput cum semper tum in quantulocumque actu vel maxime tremulum.

De valitudine eius

Valitudine sicut olim gravi ita princeps per prospera usus est excepto stomachi dolore: quo se correptum etiam de consciscenda morte cogitasse dixit.

De cibo et potu somno et luxuria eius

Cibi vinique quocumque et tempore et loco appetentissimus. Cognoscens quondam in Augusti foro: ictusque nidore prandij: quod in proxima martis ede salys apparabatur deserto tribunali ascendit ad sacerdotes: unaque discubuit. Nec temere umquam triclinio abscessit: nisi distentus ac madens: et ut statim supino ac per somnum hianti pinna in os inderetur ad exonerandum stomachum. Somni brevissimi erat nam ante mediam noctem plerumque vigilabat. Libidinis in feminas profusissime marium omnino expers. Alea studiosissime lusit: de cuius arte librum quoque emisit.

De sevitia et crudelitate eius

Saevum et sanguinarium natura fuisse magis minimisque
apparuit rebus. Tormenta quaestionum poenasque par
ricidarum repraesentabat: exigebatque coram. Cum spec
tare antiqui moris supplicium Tiburi concupisset: et
deligatis ad palum noxiis carnifex deesset accitum ab
urbe vesperam usque opperiri perseveravit. Quocumque
gladiatorio munere vel suo vel alieno et fortasse pro
lapsos iugulari iubebat maxime retiarios: ut expirantium
facies videret. De timiditate eius

Numquam aut epulum aut aliquid iniit nisi explorato
prius cubiculo culcitisque et stragulis praetemptatis et excussis.

Reliquo autem tempore salutantibus scrutatores semper ap
posuit et quidem omnibus et acerbissimos: sero et vix
remisit: ne feminae praetextatique pueri et puellae
contrectarentur. et ne cuius comiti: aut librario ca
lamariae: et graphariae et thecae adimerentur

deletus adeo

Quasdam insidias temere exposuit ut deponere Im
perium tentaverit.

Nulla adeo suspitio: nullus autor tam levis exti
tit a quo non mediocri scropulo iniecto ad cavendum vel
ulciscendumque compelleret. Unus ex litigatoribus seductus
in salutatione affirmavit se vidisse per quietem occidi eum a quodam

Deinde paulo post quasi percussorem agnosceret libellum
tradentem adversarium suum demonstravit: confestimque is pro
deprehenso ad poenam raptus est.

Ducturus contra fas Agrippinam uxorem non cessavit omni
oratione filiam et alumnam et in gremio suo natam atque edu
catam praedicare: asciturus in nomen familiae Neronem
qui parum reprehenderetur quod adulto iam filio privignum
adoptaret identidem divulgavit: neminem umquam
per adoptionem familiae claudiae insertum.

Agrippinam duxit in uxorem

Sub exitu vitae signa quaedam nec obscura paenitentis de matrimonio Agrippinae deque Neronis adoptione dederat.

De testamento et morte eius

Non multo post testamentum etiam conscripsit ac signis omnium magistratuum obsignavit. Prius igitur quam ultra progrederetur praeventus est ab Agrippina. Et veneno quidem occisum convenit: ubi autem et per quem dato discrepat.

Convenit

Quidam tradunt epulanti in arce cum sacerdotibus per Halotum spadonem praegustatorem: alii domestico convivio per ipsam Agrippinam: quae boletum medicatum avidissimo ciborum talium obtulerat. Etiam de subsequentibus diversa fama est. Multi statim hausto veneno obmutuisse aiunt: excruciatumque doloribus nocte tota defecisse prope lucem.

Agrippina creditur interfecisse boleto Claudium maritum suum.

Mors eius celata est, donec circa successorem omnia ordinarentur. Itaque et quasi pro aegro adhuc vota suscepta sunt: et inducti per simulationem comoedi: qui velut desiderantem oblectarent. Excessit III. Id. Octobris Asinio Marcello: Acilio Aviola consulibus. LXIIII. aetatis: imperii XIIII. anno: funeratusque est sollemni principum pompa: et in numerum deorum relatus.

Asinius Marcellus
Acilius Aviola

Praesagia mortis eius praecipua fuerunt: exortus crinitae stellae quam cometem vocant. Tactumque de caelo monumentum Drusi patris. Et quod eodem anno ex omnium magistratuum genere plerique mortem obierant. Nam et cum consules designaret neminem ultra mensem quo obiit designavit: et in senatu cui novissime interfuit multum ad concordiam liberos suos hortatus utriusque aetatem suppliciter patribus commendavit. Et in ultima cognitione pro tribunali accessisse se ad finem mortalitatis quamquam abominantibus qui audiebant semel atque iterum pronuntiavit.

Drusus pater Claudii

INcipit Sextus Liber Suetonij Tranquilli de Nero Claudius Cesar.

Ex gente Domitia due familie claruerunt: Calui norum: et Enobarborum

Ac ne prenomina quidem ulla preterquam Cnei et Lucij usurpauerunt. eaque ipsa notabili uarietate modo continuantes unum quodque per trinas personas: modo alternantes per singulas.

Attauus ipsius Neronis deus est Cn. Domitius

De patre neronis.

Ex Antonia maiore patrem neronis procreauit omni parte uite detestabilem: siquidem comes ad orientem. C. Cesaris iuuenis occiso liberto suo quod potum portare iubebatur recusaret: dimissus e cohorte amicorum nihilo modestius uixit: sed et in uie appie uico repente puerum citatis iumentis haud ignarus obtriuit: et rome medio foro cuidam equiti romano liberius iurganti oculum eruit: tante perfidie fuit ut ... omnis fraudauerit. Maiestatis quoque et adulteriorum incestique cum sorore Lepida sub excessu Tiberij reus mutatione temporum euasit. Decessitque pyrgis morbo aque intercutis sublato filio Nerone ex Agrippina germanico genita. Nero genitus ex Agrippina filia germanici

Nero natus est ... nouem menses quam Tiberius excessit xviii. cal. ianuar. Degenitura illius formidolosa exstant: et Domitij patris uox inter gratulationes amicorum negantis quicquam ex se et Agrippina nisi detestabile et malo publico nasci potuisse. Nam. C. Cesar rogante sorore ut infanti ei quod uellet nomen daret intuens Claudium patruum suum: a quo Domitius pater fuit neronis

Nero de gente Domitia priuignus Claudij et gener eius ad optatas a beo fraude Agrippine: tandem interfecit se puppion quarto miliario longe ab urbe cum imperasset annis prudentissimus xiiij: uixit xxxij. et familia cesarum in nerone defecit

mox principe adoptatus est. et se dixit dari: neque ipse serio: sed per iocum et aspernante Agrippina: quia tum Claudius inter ludibria aule erat. Trimulus patrem amisit: cuius ex parte tertia heres ne hanc quidem integram cepit correptis per coheredem Gaium universis bonis: et subinde matre et relegata pene inops: atque egens apud amitam Lepidam nutritus: sub duobus pedagogis saltatore atque tonsore. Verum Claudio imperium adepto non solum paternas opes reciperavit: sed et Chrysippi passieni vitrici sui hereditate ditatus est. Gratia quidem et potentia revocate restituteque matris usque eo floruit: ut emanaret in vulgus missos a Messallina uxore Claudij: qui eum meridiantem quasi Britanici emulum strangularent: additum fabule et eosdem dracone e pulvino se proferente conterritos refugisse: que fabula exorta est deprehensis in lecto eius circum cervicalia serpentis exuvijs: quas tamen auree armille ex voluntate matris inclusas dextro brachio gestavit aliquamdiu: ac tedio tandem materne memorie abiecit: rursusque extremis suis rebus frustra requisiit.

Lepida amita Claudij

Messallina uxor Claudij

De pueritia eius.

Tener adhuc necdum matura pueritia circensibus ludis troiam constantissime favorabiliterque lusit. Undecimo etatis anno a Claudio adoptatus est: Anneoque Senece iam tunc senatori in disciplinam traditus. Ferunt Senecam proxima nocte visum sibi per quietem C. Cesari precipere: et fidem somnio Nero brevi fecit prodita immanitate nature: quibus primum potuit experimentis. Namque Britanicum fratrem quod se post adoptionem Enobarbum ex consuetudine

Nero a Claudio adoptatus

Britanicus frater neronis consobrinus

salutasset ut subdititium apud patrem arguere
conatus. Amitam eius Lepidam ream testimonio
coram afflixit gratificans matri: a qua rea premebatur.
Nec multo post duxit uxorem Octaviam. Edidit pro salute Claudii circenses et venationem — Octavia uxor Neronis
Memoriae Domitii patris honores maximos habuit: Matri
summa omnium rerum publicarum privatarumque permisit.

De spectaculis eius

Exhibuit autem ad ferrum et quadringentos senatores
sexcentosque equites ro: et quosdam fortunae atque existi
mationis integre et iisdem ordinibus confectoresque ferar-
varia harene ministeria. Exhibuit et naumachiam — Naumachia
marina aqua innantibus beluis. Item pyrrhicas quas
dam e numero ephebor quibus post editam diplomata
civitatis romane singulis optulit: inter pyrrhicarum — pasiphae
argumenta taurus pasiphem in ligneo iuvence simu-
lacro abditam iniit: ut multi spectantium crediderunt — Icarus
Icarus primo statim conatu iuxta cubiculum et decidit ipsumque
cruore respersit. Instituit et quinquennale certamen primus — Gimnasium
omnium rome more greco triplex musicum: gymnicum: e
questre: quod appellavit neronia: dedicatisque thermis: atque gymnasio.
Gymnico quod in septis edebat inter buthysie apparatum barbam
primam posuit conditamque auream pixidem: et preciosissimis mar
garitis adornatam capitolio consecravit. Ad athletarum spec
taculum invitavit et virgines vestales: quia olympie quoque
cereris sacerdotibus spectare conceditur. — Bimestris
Consulatus quattuor gessit: primum bimestrem: secundum — Semestris
et novissimum semestres: tertium quadrimestre: — quadrimestris
Publice cene ad sportulas redacte. interdictum ne quid
in popinis coctum nisi legumina aut olera veniret: cum — (left margin: preter)
antea nullum non obsonii genus proponeretur. Afflicti sup
pliciis christiani genus hominum superstitionis nove ac malefice.

De gestis ab eo recitatis.

Cantauit ac recitauit niobam: non dubitauit et in priuatis spectaculis operam inter scenicos dare quondam precium sestercium decies offerente. Tragedias quoque cantauit personatus heroum deorumque. Item heroidum ac dearum personis effictis ad similitudinem oris sui: et femine pro ut quamque diligeret. Inter cetera cantauit Canacem parturientem. Orestem matricidam: Oedipodem excecatum. Herculem insanum:

De studio et aurigandi cytharizandi

Equorum studio uel precipue ab ineunte etate flagrauit: plurimusque illi sermo quamquam uetaretur de circensibus erat. Mox et ipse aurigare atque etiam spectari uoluit sepius. Positoque in hortis inter seruitia et sordidam plebem rudimento uniuersorum se oculis in circo maximo prebuit: aliquo liberto mittente mappam: unde magistratus solent. Nec contentus harum artium experimenta Rome dedisse Achaiam ut diximus petiit. Hinc maxime motus. Instituerant ciuitates apud quas musici agones edi solent omnes cytharedorum coronas ad ipsum mittere. Eas adeo gratis recipiebat ut legatos qui pertulissent non modo primos admitteret: sed et familiaribus epulis imponeret. Certamina deinceps obiit omnia. In certando uero ita legi obediebat ut numquam exscreare ausus: sudorem quoque frontis brachio detergeret atque etiam in quodam tragico actu cum elapsum baculum cito resumpsisset pauidus et metuens ne ob delictum certamine submoueretur. Victorem autem se ipse pronuntiabat. Aurigauit quoque plurifariam.

De triumpho et ob uictoria musicorum

Neapolis

Reuersus e grecia Neapolim quod in ea primum artem protulerat albis equis introiit disiecta parte muri.

Antium

Albanum

Simili modo Antium: inde Albanum: inde Romam. sed

et romam eo curru quo Augustus olim triumphaverat
et in veste purpurea: distinctaque stellis aureis: clamy
dem coronamque capite gerens olympiacam dextra manu
pythiam preeunte pompa ceterorum cum titulis ubi
et quos quo cantionum quove fabularum argumento vicisset
sequentibus currum ovantium ritu plausoribus au-
gustianos militesque se triumphi eius clamitantibus
De hinc diruto circi maximi arcu per velabrum forumque
palatium et Appollinem petiit. Incedenti passim victi
me cese: sparso per vias identidem croco. Item sta
tuas suas citharedico habitu: qua nota et nummum percussit
Petulantiam libidinem luxuriam avaritiam crudelitatem sen
sim quidem primo et occulte velut iuvenili errore exercuit
sed ut tunc quoque dubium nemini foret nature illa vitia non
etatis et post crepusculum statim arrepto pileo vel galero
popinas inibat: circumque vicos vagabatur ludibundus nec
sine pernicie tamen. Siquidem redeuntes a cena verberare: ac
repugnantes vulnerare: cloacisque demergere assueverat.
Tabernulas et effringere et expilare: quintanam domi consti
tutam paratam ubi et ad licitationem dividende prede pretium
assumeret: ac sepe in eiusmodi rixis oculorum et vitem
periculum adiit: a quodam laticlavio: cuius uxorem attrecta
verat prope ad necem cesus: Quare numquam postea publico
se illud horae sine tribunis commisit: procul et occulte subse-
quentibus. De epulis eius
Paulatim invalescentibus vitiis iocularia et latebras omisit
nullaque dissimulandi cura ad maiora palam erupit. Epu
las e medio die ad mediam noctem protrahebat: refotus sepius
calidis piscinis ac tempore estivo nivatis. Cenitabatque
non numquam et in publico naumachia preclusa vel marcio
campo: vel circo maximo inter scortorum totius urbis ambu
baiarumque ministeria. Quotiens hostia tyberi deflueret

aut ad Baianum sinum praeternavigaret dispositae per litora et ripas diversoriae tabernae parabantur insignes ganeae et matronarum institorias operas imitantium: atque hinc illinc orantium ut appelleret. Indicebat et familiaribus cenas.

De luxuria et libidine eiusdem

Nero virgini vestali Rubrie vim intulit

Super ingenuorum paedagogia et nuptarum concubinatus vestali virgini Rubrie vim intulit. Acten libertam paulum abfuit quin iusto matrimonio sibi coniungeret summissis consularibus viris qui regio genere ortam peierarent.

puer Sporus libertus Neronis et ductus loco mulieris

Puerum Sporum exsectis testibus etiam in muliebrem naturam transfigurare conatus est. Cum dote et flammeo per sollemnia nuptiarum celeberrimo officio deductum ad se pro uxore habuit: hunc Sporum Augustarum ornamentis excultum lecticaque vectum et circa conventus mercatusque Graeciae ac mox Romae circa sigillaria comitatus est identidem exosculans.

Nero concubuit cum matre Agrippina in lectica una vehentem.

Nam matris concubitum appetisse. Meretricem quam fama erat Agrippinae simillimam inter concubinas recepit. Olim etiam quotiens lectica cum matre veheretur libidinatum inceste: ac maculis vestis proditum affirmant.

De pudicitia eius passim prostituta

Suam quidem pudicitiam usque adeo prostituit ut contaminatis paene omnibus membris novissime quasi genus lusus excogitaret quatenus ferae pelle contectus emitteretur e cavea: virorumque ac feminarum ad stipitem deligatorum inguina invaderet. Et cum affatim desaevisset conficeretur a Doryphoro

Doryphorus libertus nupsit Neroni.

liberto: cui etiam sicut ipsi Sporus ita ipse denupsit: voces quoque et heiulatus vim patientium virginum imitatus. Ex nonnullis comperi persuasissimum habuisse eum neminem hominem pudicum: aut ulla corporis parte purum esse. Dicebat peclaros plautos vereque magnificos qui divitiis suis abuterentur ac perderent: laudabat mirabaturque avunculum

Caium nullo magis nõie q̄ q̄ ingentes a Tiberio relictas opes breui spacio prodegisset: Quare nec largiendi nec absumendi modum tenuit. Nullam uestem bis induit: quadrigenis in punctum sestertijs aleam lusit. Piscatus est rete aurato: purpura coccoque funibus nexis.

Caius admirans Neronis.

piscabatur rete aurato

De operibus per eum factis.

Non in alia re damnosior q̄ in edificando: domum a palatio exquilias usque fecit: quam primo transitoriam: mox incendio absumptam restitutamque auream nominauit. De cuius spatio atque cultu suffecerit hec retulisse. Vestibulum eius fuit: in quo Colossus .C.XX. pedum staret ipsius effigiei: tanta laxitas ut porticus triplices miliarias haberet. Item stagnum maris instar circumseptum edificiis ad urbium speciem. Rura insuper aruis atque uinetis et pascuis siluisque uaria cum multitudine omnis generis pecudum atque ferarum. In ceteris partibus cuncta auro lita distincta gemmis: unionumque conchis erant cenationes laqueate tabulis eburneis uersatilibus ut flores: fistulatis desuper spargerentur. Precipua cenationum rotunda que perpetuo diebus ac noctibus uice mundi circumageretur. Balnee marinis et albulis fluentes aquis. Preterea inchohabat piscinam a Miseno ad auernum lacum contectam porticibusque conclusam: quo quicquid totis baiis calidarum aquarum esset conuerteretur: fossam ab auerno hostiam usque: ut nauibus nec tamen mari iretur longitudinis per .C.LX. miliaria latitudinis qua contrarie quinqueremes commearent: Ad hunc impendiorum furorem super fiduciam imperij et spe quadam repentina immensarum et reconditarum opum impulsus est ex indicio equitis romani pro comperto pollicentis thesauros antiquissime gaze: quos Dido regina fugiens Tyro secum extulisset: et in africa uastissimis specubus

Domus aurea usque exquilias edificata

piscina quam nero a Miseno ad auernum lacum contecta porticibus fecit

Fossa ab auerno usque hostiam ab eo instructa.

Thesauros quos dido in africa abduxerat

abditos ac posse circa parva molientium opera.

Britannicum quem apud hominum gratiam paterna memoria praevaleret veneno aggressus est: quod acceptum a quadam Locusta venenariorum indice: cum opinione tardius cederet: ventre modo Britannici moto accersitam mulierem sua manu verberavit: arguens pro veneno remedium dedisse: excusantique minus datum ad occultandum facinoris invidiam: sane legem Iuliam timeo: coegitque se coram in cubiculo quam posset velocissimum ac praesentaneum coquere. Deinde in haedo expertus: postquam is quinque horas protraxit: iterum ac saepius recoctum porcello obiecit: quo statim exanimato inferri in triclinium darique cenanti secum Britannico imperavit et cum ille ad primum gustum concidisset comitiali morbo ex consuetudine correptum apud convivas ementitus postero die raptim inter maximos imbres translaticio extulit funere. Locustae pro navata opera impunitatem praediaque ampla: sed et discipulos dedit. Matrem occidi iussit quam deprehensam tamen voluntaria morte vitasset. Ad visendum interfectae cadaver accurrisse: contrectasse membra: alia vituperasse: alia laudasse. Iunxit parricidio matris amitae necem quam cum ex duritia alvi cubantem visitaret: et illa tractans lanuginem eius ut assolet iam grandis natu per blanditias forte dixisset simul hanc excepero mori volo conversus ad proximos confestim se positurum velut irridens ait: praecepitque medicis ut largius purgarent aegram. Nec dum defunctae bona invasit.

Locusta beneficio quem eum fuit mortis britannici.

Comitialis morbus

Nero matrem occidi iussit

Amitam et occidi iussit

De parricidio in uxores

Uxores praeter Octaviam duas postea duxit: Poppaeam Sabinam quaestorio patre natam et equiti Romano ante nuptam: deinde Statiliam Messallinam Tauri bis consulis ac triumphalis abneptem. Qua ut potiretur virum eius Atticum Vestinum consulem in honore ipso trucidavit. Octaviae consuetudine cito aspernatus corripi=

Octavia
pompeia Sabina
Statilia Messallina
uxores fuerunt neronis

[mon]entibus amicis sufficere illi debere respondit uxoria or
namenta. Eandem mox sepe frustra strangulare me
ditatus dimisit ut sterilem: sed improbante diuortium
populo ipsam relegauit deniq; occiditq; sub crimine adul
teriorum adeo impudenti falsoq; ut in questione perne
gantibus cunctis Anicetum pedagogum suum indicem sub
iecerit qui dolo stupratam a se fateretur. Pompeiam
duodecimo die post diuortium Octauie in matrimonium accep
tam dilexit unice: et tamen ipsam quoque ictu calcis occidit quod se — pompeia interfecta a nerone ictu calcis.
[illegible] ex aurigatione sero reuersum grauida et egra conuitiis incesserat

Ex hac filiam tulit Claudiam Augustam: amisitq; ad — Claudia Augusta filia neronis et pompeie
modum infantem. Antoniam filiam Claudij recusan
tem post Pompeie mortem nuptias suas quasi molitricem
nouarum rerum interemit. Priuignum Rufrium — Antonia interfecta a nerone que fuit filia claudij
Crispinum pompeia natum impuberem ad huc quod ferebatur
ducatus et imperia ludere mergendum mari dum pisca — preuignum Rufrium Crispinum natum pompeia demergi in mari.
retur seruis ipsius demandauit. Senecam preceptorem
ad necem compulit

De incendio urbis

Sed nec populo aut menibus patrie pepercit: nam quasi — [Nero?] incendit urbem.
offensus deformitate ueterum edificiorum et angustijs fle
xurisq; uicorum incendit urbem palam. Tunc preter im — Seneca preceptor neronis
mensum numerum insularum domus priscorum ducum arserunt
hostilibus ad huc spolijs adornate deorumq; edes ab regibus
ac deinde punicis et gallicis bellis uote dedicateq;: et
quicquid uisendum atque memorabile ex antiquitate du
rauerat: Hoc incendium e turre mecenatiana prospectans — Turris mecenatis
letusq; flamme ut aiebat pulchritudine halosin I
lij decantauit in illo suo scenico habitu

Quis negat enee magna de stirpe neronem
 Sustulit hic matrem: sustulit ille patrem
Roma domus fiet: ueios migrate quirites
 Si non et ueios occupat ista domus.

Galba qui desciscerat ab imperio.

Postquam relatus fuit in urbem multa contumelia oppressus est. Postquam et Galbam et hispanias descivisse cognovit collapsus animo quoque male facto diu et sine voce et prope intermortuus iacuit: ut vero resipuit veste discissa capite converberato actum de se pronuntiavit. Consolantique nutriculae aliis quoque iam principibus similia accidisse memoranti: se vero praeter ceteros inaudita et incognita pati respondit qui summum imperium vivus amitteret. Multa superba contra eum scripta fuerunt. Quare omnium ipse odio flagrans nihil contumeliarum defuit quin subiret.

De prodigiis mortem eius precedentibus.

Deterrita demum mente vidit per quietem navem sibi regenti extortum gubernaculum trahique se ab Octavia uxore in arctissimas tenebras: Et modo pennatarum formicarum multitudine oppleri: modo a simulacris gentium ad Pompei theatrum dedicatarum circumiri: arcerique progressu. Asturconem: quo maxime letabatur posteriore corporis parte in simie speciem transfiguratum: ac tantum capite integro hinnitus edere canoros: Nunciata et interim ceterorum exercituum defectione litteras prandenti sibi redditas concerpsit: mensam subvertit duos scyphos gratissimi usus: quos homericos a celatura carminum Homeri vocabat solo illisit: ac sumpto a Locusta veneno: et in auream pixidem condito transiit in ortos servilianos: ubi premissis libertorum fidissimis hostiam ad classem preparandam tribunos centuriones que pretorii de fuge societate temptavit: sed partim tergiversantibus: partim aperte detrectantibus uno vero et proclamante usque adeo ne mori miserum est: varia agitavit: parthos an Galbam supplex peteret: an atratus prodiret in publicum: et quam posset maxime miseratione veniam preteritorum precaretur. Ac ni flexisset animos vel egypti prefecturam concedi sibi oraret.

Asturco equus neronis

Scyphus idem quod cyatus

pixis

ut competit

Ut comperit stationem militum recessisse prosiluit e lecto
misitque circum amicos: et quia nihil a quoquam renuntiabatur ipse
cum paucis hospitia singulorum adiit: Verum clausis omnium fo-
ribus respondente nullo in cubiculum rediit unde iam et
custodes diffugerant direptis et stragulis: amota et pi-
xide veneni: ac statim Spiculum ac mirmillonem: vel quem-
libet alium percussorem: cuius manu periret requisiuit
et nemine reperto: Ergo ego inquit nec amicum habeo
nec inimicum: procurritque quasi precipitaturus se in Tyberim.

Spiculum
Mirmillo

De fuga eius ab urbe.

Sed revocato rursus impetu aliquid secretioris latebre ad
colligendum animum desideravit: et offerente Phaonte liber-
to suburbanum suum inter Salariam et Nomentanam viam circa
quartum miliarium ut erat nudo pede atque tunicatus pe-
nulam obsoleti coloris superinduit adopertoque capite et an-
te faciem obtenso sudario equum ascendit quattuor solis co-
mitantibus inter quos et Sporus erat statimque tremore ter-
re et fulgure adverso pavefactus audivit e proximis
castris clamorem militum et sibi adversa et Galbe prospera
ominantium. Et iam ex obviis viatoribus quendam
dicentem hi Neronem persequuntur: alium sciscitantem et
quid in urbe novi de Nerone. Ut ad diverticulum ventum
est dimissis equis inter fructiceta ac vepres per arundinetum semi-
tam egre nec nisi strata sub pedibus veste: adversus ville parie-
tem evasit. Ibi hortante eodem Phaonte ut interim in specum
cum egeste harene concederet negavit se vivum sub terra iturum.
De inde divulsa sentibus penula traiectos surculos rasit: atque
quadrupes per angustias effosse caverne receptus in proximam
cellam decubuit super lectum modica culcita vetere pal-
lio strato instructum: fameque iterum siti interpellante panem
quidem sordidum oblatum aspernatus est: Aque autem tepide
aliquantum bibit

Phaonte liberto
Solis iiii [illegible]
Sporus
Vepres
Arundinetum
penula vestis
Culcit.

De morte eius

Scrobem coram fieri imperavit dimensus ad corporis sui
modulum: Inter moras perlatos a cursore phaontis codicellos
preripuit: legitque se hostem a senatu iudicatum et queri ut
puniatur more maiorum: Interrogavitque quale esset id genus
pene: et cum comperisset nudi hominis cervicem inseri
furce corpus virgis ad necem cedi: Conterritus duos pu
giones: quos secum tulerat arripuit temptataque utriusque acie
rursus condidit: causatus nondum adesse fatalem horam
orabat ut se aliquis ad mortem capessendam exemplo iuva
ret: Iamque equites appropinquabant quibus preceptum
erat ut vivum eum attraherent quod ut sensit trepidanter
effatus ferrum iugulo adegit iuvante epaphrodito a libel
lis: et hec est fides atque in ea voce defecit: et tantibus
rigentibus oculis usque ad horrorem formidinemque visentium.

+x templo

De funere et reliquiis eius

Funeratus est impensa ducentorum milium stragulis albis
auro intextis: quibus usus kalendis Ianuariis fuerat. Re
liquias Aegloge et Alexandria nutrices cum Acte concubina
gentili domitiorum monumento condiderunt quod prospicitur e
campo martio impositum colle ortulorum.

Stragula vestis

De statura et cultu corporis eius

Statura fuit prope iusta: corpore maculoso et fetido: suf
flavo capillo: vultu pulchro magis quam venusto: oculis
cesiis et hebetioribus cervice obesa: ventre proiecto gra
cillimis cruribus valetudine prospera

De studio eius circa liberales disciplinas

Liberales disciplinas omnes fere puer attigit: sed a philoso
phia eum mater avertit monens imperaturo contrariam esse: a co
gnitione veterum oratorum: Religionum usquequaque contemp
tor preterquam unius dee Sirie hanc mox ita sprevit ut u
rina contaminaret.

De etate eius

Obiit xxx. et secundo etatis anno: die quo quondam Octaviam interemerat. Tantumque gaudium publice prebuit: ut plebs pilleata tota urbe discurreret. Vologesus parthorum rex missis ad senatum legatis de instauranda societate: Novissimo neronis anno et silva omnis exaruit radicitus et quicquid ibi gallinarum erat interiit. Ac subinde tacta de celo Cesarum aede capita omnibus statuis simul deciderunt: Augusti etiam sceptrum e manibus excussum est.

Vologesus rex parthorum

Incipit Liber Septimus Sergius Galba Imperator.

De prosapia et vetere origine Galbe

Neroni Galba successit nullo gradu contingens cesarum domum: sed haud dubie nobilissimus magnaque et vetere prosapia: ut qui statuarum titulis pronepotem se Quinti Catuli Capitolini semper ascripserit. Imperator vero etiam stemma in atrio proposuerit: quo paternam originem ad Iovem: maternam ad phasipham Minois uxorem referret.

Q. Catulus Capitolinus

pasiphes

De progenitoribus et cognomine Galbe

Imagines et elogia universi generis exequi longum est familie breviter attingam. Qui primus Sulpiciorum cognomen Galbe tulit: cur aut unde traxerit ambigitur. Nonnulli appellarunt eum hoc cognomine quod prodigiis fuerit visus: quem Galbam galli vocant. Familiam illustravit Sergius Galba consularis, temporum suorum eloquentissimus: quem tradunt Hispaniam ex pretura optinentem. Eius nepos ob repulsam consulatus infensus Iulio Cesari: cuius Legatus in gallia fuerat conspiravit cum Cassio et Bruto propter quod pedia lege dampnatus est. Ab hoc sunt Imperatoris Galbe avus et

Elogium

Sergius Galba

Cassius Bruto

Galba senex de nobili stirpe Sulpiciorum septimus post neronem interfectus fuit in foro militibus othonis in imperatis mensibus septem vixit autem annis lxxiii.

praetor: avus clarior studio quam dignitate non egressus praeture gradum. Pater consulatu functus quamquam brevi corpore atque gibber modiceque in dicendo facultatis causas industrie actitavit. Uxores habuit Numiam Achaiam neptem Catuli et proneptem L. Mumii qui Corinthum excidit. Item Liviam Ottellinam ditem admodum et pulchram et nobilem. Ex Achaia liberos Caium et Sergium procreavit: quorum maior Caius attritis facultatibus urbe cessit et prohibitus a Tiberio sortiri anno suo proconsulatum voluntaria morte obiit.

Uxores Sergii Galbe patris Galbe imperatoris
Numia Achaia
Livia Ottellina
Catulus
L. Mumius

Caius / Sergius — filii Galbe

De nativitate Galbe.

Sergius Galba imperator M. Valerio Messala Gn. Lentulo consulibus natus est ix. kal. ianuarii in villa colli supposita prope Terracinam sinistrorsum Fundos petentibus adoptatus a noverca sua Livia nomen Lucium et Sergio usque ad tempus imperii usurpavit. Constat Augustum puero adhuc salutanti se inter equales apprehensa buccula dixisse eu imperatorem.

M. Valerius Messala
Gn. Lentulus
Terracina

Inter liberales disciplinas attendit et iuri. Dedit et matrimonio operam. Verum uxore Lepida duobusque ex ea filiis remansit in celibatu: neque sollicitari ulla conditione amplius nec Agrippine quidem viduate morte Domitii: que maritum quoque adhuc nec dum celibem Galbam adeo omnibus sollicitaverat modis: ut in conventu matronarum correpta iurgio atque etiam manu pulsata sit a matre Lepide. Observavit ante omnes Lepidam Liviam Augustam: cuius et vive gratia plurimum valuit: et mortue testamento pene ditatus est.

Lepida uxor Galbe

Agrippina uxor Domitii patris Neronis fuit.

Lepida Livia Augusta

De honoribus per eum gestis

Honoribus ante legitimum tempus initis praetor commissione ludorum Floralium novum spectaculi genus elephantos funambulos edidit: Exinde provincie Aquitanie anno fere prefuit: Mox consulatum per sex menses ordinarium

Ludi florales a Galba imperatore editi.

gessit Consulatumque ut ipse L. Domitio patri Neronis ipsi Salvius Otho pater Othonis succederet velut presagium insequentis casus quo medius inter utriusque filios extitit Imperator.

L. Domitius pater Neronis.

Salvius Otho pater Othonis

Ob res et tunc in Africa et olim in Germania gestas ornamenta triumphalia accepit. Accidit autem cum provinciam ingressus sacrificaret intra edem publicam puero e ministris acerram tenenti capillus repente toto capite canesceret. Nec defuerunt qui interpretarentur significari rerum mutationem successurumque iuveni senem hoc est ipsum Neroni. Traxit autem originem ex hispania.

~~Afer~~

Galba ex hispania originem traxit

Per octo annos varie et inequabiliter provinciam rexit primo acer et vehemens et in coercendis quidem delictis vel immodicus. Nam et nummulario non ex fide versanti pecunias manus amputavit mensaeque eius affixit et tutorem quod pupillum cui substitutus heres erat veneno necasset cruce affecit. Cartagine nova conventum agens tumultuari Gallias comperit: legato equitanie auxilia implorante: Supervenerunt Vindicis littere hortantis ut humano generi assertorem ducemque se accommodaret: nec diu cunctatus conditionem partim metu: partim spe recepit: nam et mandata Neronis de nece sua ad procuratores clam missa deprehenderat: et confirmabatur cum secundissimis auspiciis Similiter a fatidica puella pronunciata carmina: quorum carminum sententia erat: oriturum quandoque ex hispania principem dominumque rerum.

Vindex nomen

De Adoptione pisonis per eum facta

Quod ut nunciatum est despectus est non tam senectutem suam: quam orbitatem ratus pisonem frugi licinianum no-

piso frugi a Galba imperatore adoptatus

bilem egregiumque iuvenem ac sibi olim probatissimum
filiumque appellans perduxit in castra ac pro contione adoptavit

De cede et morte eius

Prius vero quam occideretur sacrificantem mane aruspex
identidem monuit caveret periculum non longe per-
cussores abesse. Haud multo post cognoscit teneri
castra ab Othone: ac plerisque ut eodem quam primum pergeret
suadentibus posse enim auctoritate et presentia prevalere nihil
amplius quam continere se statuit: et legionariorum firmare
presidiis qui multifariam diverseque tendebant. Loricam
tamen induit linteam quamquam haud dissimulans parum adversus
tot mucrones profuturam. Sed extractus rumoribus falsis
quos conspirati ut eum in publicum elicerent de indu-
stria dissiparant paucis temere affirmantibus conversum
negocium oppressos qui tumultuarentur advenire frequen-
tes ceteros gratulabundos et in omne obsequium paratos

Mucro pugio

His ut occurreret prodiit tanta fiducia ut militi cuidam
occisum a se Othonem glorianti: quo auctore responderit
atque in forum usque processit: ubi equites quibus mandata
cedes erat cum per publicum dimota paganorum turba equos
adegissent viso procul eo parumper restiterunt deinde
rursum incitati desertum a suis contrucidarunt.
Miles quidam abscidit sibi caput. Mox inserto per os pol-
lice ad Othonem detulit: calonibusque donavit: qui
hasta suffixum non sine ludibrio circum castra porta-
verunt acclamantes identidem Galba cupide fruaris
etate tua

De statura corporis

Statura iusta fuit capite calvo: oculis ceruleis: ad-
unco naso manibus pedibus articulari morbo distortis-
simis ut neque calceum perpeti neque libellos evolvere aut
tenere omnino valeret: excreverat et in dexteriore parte lateris

eius gibbus ut caro propendebat que adeo ut egre
fascia substringeretur

De cibo potu luxuria eius

Cibi plurimi traditur quem tempore hyberno etiam
ante lucem capere consueuerat: sed cena tam usque et
habundantis ut congestas super manus reliquias circum
ferri iuberet spargique ad pedes stantibus: Libidinis in
mares pronior fuit et eos non nisi preduros exoletosque.

De tempore et etate eius

Periit tertio et septuagesimo etatis anno imperii mense
septimo. Senatus ut primum licuit statuam ei decre
uerat rostratę columnę superstantem in parte fori qua
trucidatus est. Sed decretum Vespasianus abole
uit: percussores sibi et hyspaniis iudeam summisisse opinatus.

LIBer VIII. Incipit Otho Siluius Imperator

De progenitoribus Othonis

Maiores Othonis sunt orti oppido Ferentino — Ferentinum ciuitas Campanię
familia uetere et honorata atque ex principibus Etrurię.
Auus M. Siluius Otho patre equite romano matre humili
incertum an ingenua per gratiam Liuię Augustę in cuius domo — M. Siluius Otho Othonis Auus nominatus.
creuerat senator est factus nec pretura gradum excessit.
Pater L. Otho materno genere preclaro multarumque et ma
gnarum propinquitatum tam carus tamque non absimilis — Lucius Otho pater othonis
facie Tiberio principi fuit: ut plerique procreatum ex eo cre
derent. Urbanos honores proconsulatum Affrice et extraordi
naria imperia seuerissime administrauit: Ex Albia

Albia Terentia uxor fuit patris othonis

L. Titianus

Marcus Minor

Drusus Germanici filius

Domitius Aenobarbus
Camillus Aruntius

Actea libertina gratiosa anus quam tenuit loco uxoris Otho amore Neronis.

Terentia splendidissima femina duos tulit filios L. Titianum et minorem Marcum cognomine sibi tulit: et filiam: quam non dum nubilem Druso germanici filio despondit

De natiuitate Othonis et eius Adolescentia

Otho Imperator iiii. calendas maii natus est Camillo Aruntio: Domitio Aenobarbo consulibus a prima Adolescentia prodigus ac procax adeo ut sepe flagris obiurgaretur a patre ferebatur et uagari noctibus solitus atque inualidum quemque obuiorum: uel potulentum corripere: ac distento sago impositum in sublime iactare. post patris deinde mortem libertinam Auleam gratiosam: quamuis anum ac pene decrepitam per hanc insinuatus Neroni facile summum inter amicos locum tenuit congruentia morum: ut uero quidam tradunt et consuetudine mutui stupri.

Omnium quoque consiliorum secretorum Neronis particeps fuit.

Sperauerat autem fore ut adoptaretur a Galba idque in dies expectabat: sed postquam pisone praelato spe decidit ad uim conuersus est, instigante super animi dolorem etiam magnitudinem eris alieni

Tulerat animus post adoptionem statim castra occupare cenantemque in palatio Galbam aggredi sed obstitit respectus cohortis: que tunc excubabat ne oneraret inuidia quod eiusdem statione et Caius fuerat occisus: et desertus Nero,

Medium quoque tempus religio et Seleucus exemit: ergo destinata die premonitis consciis ut se in foro sub aede Saturni ad miliarium aureum opperirentur mane Galbam salutauit

De coniuratione Germanici exercitus contra Othonem

Sub idem uero tempus germanici exercitus in Vitellii uerba iurauit: Quod ut comperit auctor senatui fuit mittende legationis qui doceret electum iam principem: quietem et concordiam suaderet

et tamen per internuntios ac litteras consortem imperii generumque se Vitellio optulit.

Nec illi pugne affuit substitique Brixelli. Et tribus quidem verum mediocribus prelis apud alpes circaque placentiam et ad castoris quod loco nomen est vicit: novissimo quoque maximoque apud Bretiacum fraude superatus est cum spe colloquii facta quasi ad condicionem pacis militibus eductis ex improviso atque in ipsa consultatione dimicandum fuisset ac statim moriendi impetum cepit: Interfuit huic bello pater meus Suetonius Lenis tertedecime legionis tribunus Augusti clavius. Is mox referre crebro solebat Othonem etiam privatum usque adeo detestatum civilia bella: nec concursurum cum Galba fuisse nisi confideret sine bello rem transigi posse: tunc ut desperaret. Atque ita paratus intentusque iam morti tumultu inmorans exorto ut eos qui discederent et abire ceptabant corripi quasi desertores detinerique sensit: Adiciamus inquit vite et hanc noctem iis ipsis totidem verbis vetuitque vim cuiquam fieri: et in serum usque patente cubiculo si quis adire vellet potestatem sui prebuit: Post hec sedata siti gelide aque potione arripuit duos pugiones et explorata utriusque acie cum alterum pulvino subdidisset foribus adopertis artissimo somno quievit. Et circa lucem demum expergefactus uno se traiecit ictu infra levam papillam irrumpentibusque ad primum gemitum modo celans modo detegens plagam exanimatus est et apud velitrenam (ita preceperat) funeratus .l. et octavo etatis anno et nonagesimo et quinto imperii die. — Bretiacum. — Imperavit lxxxxv diebus anno etatis quinquagesimo octavo.

Fuisse et statura et modice staturae et male pedatus scambusque mundiciarumque pene muliebrium: quin et faciem quotidie rasitare ac pane madido linire consuetum: idque instituisse a prima lanugine ne barbatus umquam esset: sacra et Isidis sepe in lintea religiosaque veste propalam celebrasse — fuit effeminatus

Suetonij Tranquilli Liber viii. Incipit
Vitelius Aulus Imperator
De stirpe et origine Vitelliorum

Vitelliorum originem alij aliam et quidem diversissimam tradunt partim veterem et nobilem: partim non novam et obscuram atque et sordidam. Extatque elogij ad Quintum Vitellium divi Augusti quaestorem libellus qui continet Vitellios Fauno aboriginum rege et Vitelia que multis locis pro numine colerentur ortos toto latio imperasse: Horum residuam stirpem et Sabinis transisse Romam: atque inter patricios allectam. Indicia stirpis diu mansisse viam Vitelliam ab Ianiculo ad mare usque. Item coloniam eiusdem nominis quam gentili copia adversus equiculos tutandam olim depoposcissent: tempore deinde Samnitici belli presidio in Apuliam misso quosdam et Vitellijs subsedisse Nuceriae: eorumque progeniem longo post intervallo repetisse urbem: atque ordinem senatorium:

[margin: familia vitelliorum ex sabinis duxit originem.]

Contra plures auctorem generis libertinum prodiderunt: Cassius Severus: nec minus alii eundem et sutorem veteramentarium: Sed quod discrepat sit in medio. Ceterum .P. Vitellius domo Nuceria sive ille stirpis antique: sive pudendis parentibus: atque avis eques certe romanus et rerum Augusti procurator quattuor filios amplissime dignitatis cognomines: ac tantum prenominibus distinctos reliquit. Aulum .Q. .P. .L.

[margin: Cassius Severus – p. vitellius]

Aulus in consulatu obiit: quem cum Domitio Neronis Cesaris patre inierat prelautus alioqui: famosusque cenarum magnificentia. Quintus caruit ordine cum auctore Tiberio secerni minus idoneos senatores

[margin: Aulus, Quintus, publius } filij vitelli]

remoueri quae placuisset. Publius germanici comes Cn. pisonem inimicum et interfectorem eius accusauit condemnauitque. Ac praeturae honore inter Seiani conscios accepitus et incustodiam fratri datus. Scalpro librario uenas sibi incidit: nec tam mortis penitentia quam suorum obsecratione obligari curarique se passus in eadem custodia morbo periit. L. ex consulatu Syriae praepositus Artabanum parthorum regem summis artibus non modo ad colloquium suum: sed et ad ueneranda legionum signa pellexit. Mox cum Claudio principe duos insuper ordinarios consulatus censuramque gessit. Curam quoque imperii sustinuit absente eo et expeditione britannica: uir innocens et industrius sed amore libertinae perinfamis.

Scalpro

Syriae

Artabanus parthorum rex

De morte Vitellii et eius prouincia et morte patris

Recessit paralysi altero die quam correptus est duobus filiis superstitibus: quos et Sextilia probatissima nec ignobili femina editos consules uidit: et quidem eodem ambos totoque anno cum maiori minor in sex menses successisset. Defunctum senatus publico funere honorauit. Item statua pro rostris cum hac inscriptione pietatis immobilis erga principem. Aulus Vitellius. Lucius filius imperator natus octauo calendas octobris: uel ut quidam septimo idus septembris Druso Cesare: Norbano Flacco consulibus. Mater et uxorem ad legiones et appellatum imperatorem pro afflicto statim lamentata sit. Pueritiam primamque adolescentiam capreis egit inter tiberiana scorta: et ipse perpetuo spintriae cognomine notatus existimatusque corporis gratia initium et causa incrementorum patri fuisse.

Sextilia uxor patris Vitellii

Drusus Cesar
Norbanus Flaccus

Sequenti quoque etate omnibus probris contaminatus praecipuum in aula locum tenuit. Caio per aurigandi Claudio per alee

aula

studium simulans sed aliquanto Neroni acceptior propter hec eadem.

De uxoribus et filiis eiusdem

petronia uxor fuit vitellii et ex hac filium petronianum

Uxorem habuit Petroniam consularis viri filiam: et ex ea filium Petronianum captum altero oculo: hunc heredem a matre sub conditione institutum si de potestate patris exisset manu emisit. brevique ut creditum est interemit insimulatum insuper parricidii. Duxit mox Galeriam Fundanam pretorii patris. Ac de hac quoque liberos utriusque sexus tulit: sed marem titubantia oris prope mutum et elinguem.

Galeria alia uxor

A Galba in inferiorem germaniam contra opinionem missus est. Adiutum putant Titi Iunij suffragio tunc potentissimi.

Titus Iunius.

De assumptione eius ad imperium.

Castra vero ingressus nihil cuiquam poscenti negavit: atque ultro ignominiosis notas reis sordes damnatis supplicia dempsit.

Quare vix dum mense transacto neque diei neque temporis habita ratione: ac iam vespere subito a militibus e cubiculo raptus ita ut erat in veste domestica imperator est consalutatus. Circumlatusque per celeberrimos vicos strictum divi Julii gladium tenens detractum de delubro martis: atque in prima gratulatione porrectum sibi a quodam.

Consentiente deinde et iam superioris provincie exercitu qui prius a Galba ad senatum desciverat cognomen germanici delatum ab universis cupide recepit.

Ac subinde cede Galbe annunciata compositis germanicis rebus partitus est copias quas adversus Othonem premitteret: quasque ipse perduceret. premisso agmine letum evenit auspicium siquidem a parte dextra repente aquila advolavit lustratisque signis. +

De morte Othonis.

De betriacensi victoria: et Othonis exitu cum adhuc in gallia esset audivit. Namque itinere inchoato per medias civitates vehi triumphantium vectus est: perque flumina delicatissimis navigiis: et variarum coronarum genere redimitis.

\+ Ingressos viam sensim antecessit. At contra ipso movente statue equestres: cum plurifariam ei ponerentur fractis repente cruribus pariter corruerunt: et laurea qua religiosissime circumdederat in profluentem excidit. Mox Vienne pro tribunali iura reddenti gallinaceus supra humerum: ac deinde in capite astitit. Quibus ostentis par respondit exitus. nam confirmatum per legatos suos imperium per se retinere non potuit

Vtque campos in quibus pugnatum est adiit abhorrentes
quosdam cadaverum tabem detestabili voce confirmare ausus
est optime olere occisum hostem: et melius civem.
Nec eo setius ad leniendam gravitatem odoris plurimum
meri propalam hausit: passimque divisit: pari vanitate
atque insolentia lapidem memorie Othonis inscriptum
intuens dignum eo mausoleo ait: pugionemque quo se is
occiderat in agrippinensem coloniam misit marti dedicandum.

De comessatione et epulis eiusdem.

Sed vel precipue luxurie sevicieque deditus epulas trifariam
semper: interdum quadrifariam dispertiebat in centa-
cula et prandia et cenas comessationesque facile omnibus iantacula
sufficiens vomitandi consuetudine. Indicebat autem a-
liud alii eadem die: nec cuiquam minus singuli appara-
tus quadringentis milibus nummum constiterunt: famo-
sissima super ceteras fuit cena ei data adventicia a fratre
in qua duo milia lectissimorum piscium septem avium
apposita traduntur. hanc quoque exsuperavit ipse dedicatione pati-
ne quam ob immensam magnitudinem clipeum Minerve.

De sevitia et crudelitate eiusdem

Pronus vero ad cuiusque et quacumque de causa necem atque sup-
plicium: Nobiles viros condiscipulos et equales suos omnibus
blanditiis tantum non ad societatem imperii allicefactos
vario genere fraudis occidit: et unum veneno manu sua
porrecto in aque frigide potione quam is affectus febre
poposcerat. Suspectus et in morte matris fuit: quasi egre
preberi cibum prohibuisset: vaticinante catha muliere
cui velut oraculo acquiescebat: ita demum firmiter ac
diutissime imperaturum si superstes parenti extitisset. Et alii
tradunt ipsam tedio presentium et imminentium metu venenum

De apparatu exercitus contra Vespesianum

Octavo imperij mense desciverunt ab eo exercitus mesiarum
atque pannonie: Item et transmarinis Iudaicus et Siria-
ticus: ac pars in absentis: pars in presentis Vespesiani verba iura-
runt. Ad retinendum ergo ceterorum hominum studium ac fa-
vorem nihil non publice privatimque nullo adhibito modo
largitus est. Delectum quoque ea conditione in urbe egit:
ut voluntariis non modo missionem post victoriam sed etiam
veteranorum iusteque militie commoda polliceretur. Urgenti
deinde terra marique hosti hinc fratrem cum classe ac tyro-
nibus et gladiatorum manu opposuit: hinc et bebriacen-
ses copias et duces: atque ubique: aut superatus aut proditus
salutem sibi et milies sestertium a Flavio Sabino
Vespesiani fratre pepigit: statimque pro gradibus palatii
apud frequentes milites cedere se imperio: quod invitus
recepisset professus: cunctis clamantibus rem distulit
ac nocte interposita primo diluculo sordidatus descendit
ad rostra: multisque cum lacrimis eadem verba e libello te-
status. Rursus interpellante milite ac populo et ne de-
ficeret hortante: omnem operamque suam certatim pollicen-
te animum resumpsit.

De concordia tentata per eum cum Vespesiano.

Suasit senatui ut legatos cum virginibus vestalibus mitteret
pacem aut certe tempus ad consultandum petituros. Postridie
responsa opperienti nuntiatum est per exploratorem hostem ap-
propinquare. Continuo igitur abstrusus gestatoria sella
duobus solis comitibus pistore et coquo Aventinum et pater-
nam domum clam petiit: ut inde in Campaniam fugeret
Mox levi rumore et incerto tamquam pax impetrata esset: referri se
in palatium passus est: ubi cum deserta omnia repperisset dilabentibus
et qui simul erant: zona se aureorum plena circumdedit
confugitque in cellulam ianitoris religato pro foribus cane

lectoque et culcitis obiectis.

De captione et uilissima morte eiusdem

Irruperant iam agminis antecessores: ac nemine obuio rimabantur ut fit singula: ab iis extractus e latebra sciscitantes quis esset: nam ignorabatur: et ubi esset Vitellium sciret mendacio elusit: deinde agnitus rogare non destitit: quasi quaedam de salute Vespasiani dicturus ut custodiretur interim uel in carcere donec religatis post terga manibus iniecto ceruicibus laqueo ueste discissa seminudus in forum tractus est: inter magna rerum uerborumque ludibria per totum uiae sacrae spatium reducta coma a capite: ceu noxii solent: atque etiam mento mucrone gladii subiecto: ut uisendam praeberet faciem neue summitteret: quibusdam stercore et caeno incessentibus aliis incendiarium et patinarium uociferantibus parte uulgi etiam corporis uitia exprobrante: erat enim in eo enormis proceritas: facies rubida plerumque ex uinolentia: uenter obesus: alterum femur subdebile impulsu olim quadrigae cum auriganti Caio ministratorem exhiberet: tandem apud gemonias minutissimis ictibus excarnificatus: atque confectus est: et inde unco tractus in Tyberim. Gemonie

Periit cum fratre et filio anno uitae .vii. quinquagesimo nec fefellit coniectura eorum: qui augurio: quod factum ei Viennae ostendimus non aliud portendi praedixerant: quam uenturum in alicuius Gallicani hominis potestatem. Siquidem ab Antonio primo aduersariarum partium duce oppressus est. Cui tolosae nato cognomine in pueritia Becco fuerat: id ualet gallinacei rostrum.

Caii Suetonii Tranquilli De uita XII Caesarum
Liber Decimus Imperator Diuus Vespasianus
Augustus Incipit.

De gente flauia et de progenitoribus Vespasiani

Rebellione trium principum et cede incertum diu
et quasi uagum imperium susceptum: firmauitque tandem
gens flauia obscura illa quidem ac sine ullis ma
iorum imaginibus: sed tamen rei p. nequaquam penitenda:
constet licet Domitianum cupiditatis ac seuicie
merito penas luisse. T. flauius petronius muni
ceps Reatinus bello ciuili pompeianarum partium
centurio incertum sponte an euocatus profugit ex phar
salica acie: domumque se contulit. Ubi deinde uenia et mission[e]
impetrata coactiones argentarias factitauit: huius filius
cognomine Sabinus expers militie: et quidam eum
primipilare non nulli cum ad huc ordines duceret sacramento
solutum per causam ualitudinis tradunt publicum quadragesi
me in asia egit. Manebantque imagines a ciuitatibus
ei posite sub hoc titulo.

Postea fenus apud eluetios exercuit: ibique diem obiit
superstitibus uxore Vespasia polla et duobus ex
ea liberis: quorum maior Sabinus ad prefecturam urbis
minor Vespasianus ad principatum usque processit.

Polla Nursie honesto genere orta patrem habuit Ve
spasium pollionem ter tribunum militum: prefectumque ca
strorum: fratrem senatorem pretorie dignitatis: locus etiam
nunc ad sextum miliarium a Nursia Spoletium euntibus
in monte summo appellatur Vespasie: ubi uespasiorum com
plura monumenta extant magnum inditium splendoris fa
milie et uetustatis.

De natiuitate Vespasiani.

Vespasianus natus est in sannis ultra reatem uico modico
cui nomen est phalacrine xv. kal. decembris uesperi Quin
to Sulpitio Camerino. C. pompeio Sabino consulibus
quinquennio ante quam Augustus excederet.

Titus flauius petronius.
pater vespasiani
Reates ciuitas

Sabinus

Vespasia polla

Vespasianus

Nursia ciuitas

phalacrine vicus non longe
a reate.

Tribunatu militum in thracia meruit: questor cretam et Cyrenas prouinciam sorte cepit edilitatis

De uxore et filijs eius

Inter hec Flauiam Domicillam duxit uxorem Statilij Capelle equitis romani sabracensis et africa delegatam olim latinique conditionis: Ex hac liberos tulit Titum et Domitianum et Domicillam: uxori ac filie superstes fuit: atque ad hoc utrasque privatus amisit

De expeditione germanica et Iudaica.

Claudio principe Narcisi gratia legatus legionis in germaniam missus est: inde britanniam translatus tricies cum hoste conflixit: duas validissimas gentes superque uiginti oppida et insulam uectem britannie proximam redactione redegit partim Auli plautij consularis legati: partim claudij ipsius ductu. Quare triumphalia ornamenta et in spacio breui duplex sacerdocium accepit: Percrebuerat oriente toto uetus et constans opinio esse in fatis: ut eo tempore Iudeam profecti rerum potirentur. id de imperatore romano quantum euentu postea predictum patuit: Iudei ad se trahentes rebellarunt: cesoque preposito legatum insuper Syrie consularem suppetias ferentem rapta aquila fugauerunt. Ad hunc motum comprimendum cum exercitu ampliore et strenuo duce: cui tamen tuto tanta res committeretur opus esset ipse potissimum delectus est: et ut industrie expertae nec metuendus ullo modo ob humilitatem generis ac nominis. Additis igitur ad copias duabus legionibus. viii. alis cohortibus decem atque inter legatos maiore filio assumpto ut primum prouinciam attigit proximas quoque conuertit: in se correpta statim castrorum disciplina: uno quoque et altero prelio tam constanter inito: ut in oppugnatione castelli lapidis

Creta

Cyrene prouincia

Domicilla Flauia uxor Vespasiani imperatoris

Titus
Domitianus
Domicilla
filij fuerunt Vespasiani

Germania

Britannia

Vectis insula britannie

ictum genu scuto sagittas aliquot excepit.

De prodigiis et signis precedentibus imperium Vespasiani

Post Neronem Galbamque Othone atque Vitellio de principatu certantibus in spem imperii venit iam pridem sibi per hec ostenta conceptam. In suburbano Flaviorum quercus antiqua que erat marti sacra per tres Vespasie partus singulos repente ramos a frutice dedit haud dubia signa futuri cuiusque fati: primum exilem et cito arefactum: ideoque puella nata non perannauit: secundum prevalidum ac prolixum: et qui magnam felicitatem portenderet: tertium uero instar arboris. Quare patrem Sabinum ferunt aruspicio insuper confirmatum renunciasse matri nepotem ei Cesarem genitum.

Vespasia uxor Vespasiani

Prandente eo quondam canis ex triuio manum humanam intulit mensaeque subiecit. Cenante rursus bos arator decusso iugo triclinium irrupit: ac fugatis ministris quasi repente defessus procidit ad ipsos accumbentis pedes: ceruicemque summisit. Arbor uero cupressus in agro auito sine ulla ui tempestatis euulsa radicitus atque prostrata insequenti die uiridior ac firmior resurrexit. Et unus ex nobilibus captiuis Iosephus cum coniceretur in uincula constantissime asseuerauit fore ut ab eodem breui solueretur: uerum iam imperatore. Quidam e legione tertia que sibi exitu Neronis translata ex Syria in Mesiam fuerat Vespasianum laudibus ferentes assensere cuncti: nomenque eius uexillis omnibus sine mora inscripserunt. Ceterum diuulgato facto Tiberius Alexander prefectus Egypti primus in uerba Vespasiani legiones adegit. Iudaicus deinde exercitus v. idus Iulii apud ipsum iurauit. Plurimum coeptis contulerunt. preterea ex proceribus prouinciarum Li

Iosephus ebreus doctissimus

Tiberius Alexander prefectus egipti.

cinius Mucianus et e regibus Vologesus parthus. — Vologesus parthus
Ille deposita simultate quam in id tempus ex emulatione
non obscure gerebat Syriacum promisit exercitum: hic xl
milia sagiptariorum.

De quibusdam miraculis per eum factis

Suscepto igitur civili bello ac ducibus copiisque in Italiam premis- — Templum Serapidis
sis interim Alexandriam transiit: ut claustra Egypti obtine-
ret: hic cum de firmitate imperii capturus auspicium: edem
Serapidis summotis omnibus solus intrasset: ac propitiato multum
deo tandem se convertisset verbenas coronasque et panificia ut
illic assolet Basilides libertus optulisse ei visus est: quem
neque admissum a quoquam: et iam pridem propter nervorum valitudi-
nem vix ingredi longeque abesse constabat: ac statim adve-
nere littere fusas apud Cremonam Vitelii copias: ipsum in ur-
be interemptum nunciantes. Et auctoritas et quasi maiestas quedam
ut scilicet inopinato et adhuc novo principi deerat: hec quoque
accessit. E plebe quidam luminibus orbatus: item alius
debili crure pro tribunali pariter adierunt ~~orantes~~ opem valitudinis
demonstratam a Serapide per quietem: restituturum oculos
si inspuisset: confirmaturum crus si dignaretur calce con-
tingere cum vix fides esset rem ullo modo successuram: ideoque
ne experiri quidem auderet: extremo hortantibus
amicis palam pro contione utrumque temptavit: nec eventus
defuit. Per idem tempus Tegee in Arcadia instinctu vati-
cinantium effossa sunt sacrato loco vasa operis antiqui
atque in iis assimilis Vespasiano imago.

Talis tantusque cum fama in urbem reversus acto de Iudeis trium-
pho consulatus octo veteri addidit suscepit et censuram:
ac per totum imperii tempus nihil habuit antiquius quam prope — Achaia
afflictam nutantemque rem p. stabilire primo: deinde et or- — Licia
nare. Achaiam: Liciam: Rhodum: Bizantium: Samum: — Rhodus

Bizantium
Samum

libertatem ademptam. Item Thraciam, Ciliciam et Co
magenem dictionis regie usque ad id tempus in provinciarum for
mam redegit. Cappadocie propter assiduos barbarorum incur
sus legiones addidit: consularem rectorem proposuit pro
equite romano. Ipse restitutionem capitoly aggressus
ruderibus purgandis manus primus admovit: ac suo
collo quedam extulit: ereasque tabulas tria milia que
simul conflagraverant restituendas suscepit undique
investigatis exemplaribus.

Templum paris

Fecit et nova opera templum paris foro proximum
Divique Claudy in celio monte ceptum quidem ab Agrip
pina: sed a Nerone prope funditus destructum: item
amphiteatrum urbe media ut destinasse compererat Au
gustum. Amplissimos ordines: et exhaustos cede va
ria et contaminatos veteri negligentia purgavit: supple
vitque recenso senatu et equite summotis indignissimis: et
honestissimo quoque italicorum: ac provincialium allecto
atque uti notum esset utrumque ordinem non tam libertate inter se
quam dignitate differre: De legibus constitutis

Libido atque luxuria coercente nullo invaluerat. Auctor
senatui fuit decernendi: ut que se alieno servo iunc
xisset ancilla haberetur. Neve filiorum familias fene
ratoribus exigendi crediti ius umquam esset: hoc est ne
post patrum quidem mortem. Ceteris in rebus
statim ab initio principatus usque ad exitum civilis
et clemens.

Offensarum inimicitiarumque minime memor executorve:
Vitelly hostis sui filiam splendidissime maritavit:
dotavitque etiam et instruxit.

Sola est in qua merito culpetur pecunie cupiditas: non enim
contentus omissa sub Galba vectigalia revocasse nova
et gravia addidisse: et auxisse tributa provinciis nonnullis

et duplicasse: negotiationes quoque vel privato pudendas
propalam exercuit. Creditur et procuratorum rapacis
simum quemque ad ampliora officia ex industria solitus pro
movere: quo locupletiores mox condemnaret.
Sunt contra qui opinentur ad manubias et rapinas ne
cessitate compulsum summa erarii fiscique inopia: ut
res p. stare posset. Quod et verisimilius videtur: quando
male partis optime usus est. Quia testificatus
est principio statim principatus professus quadrin
gentiis milies opus esse.

De liberalitate et magnificentia eiusdem.

In omne hominum genus liberalissimus explevit censum
senatorium: consulares inopes quingenis sestertiis
annuis sustentavit: plurimas per totum orbem civi
tates terremotu aut incendio afflictas restituit in melius.

De cultu ingeniorum artificum per se.

Ingenia et artes vel maxime fovit: primus e fisco
latinis grecisque rhetoribus annua centena constituit
prestantes poetas nec non et artifices coegit. Item
colossi refectorem insigni congiario magnaque mercede
donavit.

De statura corporis.

Statura fuit quadrata compactis firmisque membris
vultu veluti nitentis. Valitudine prosperrima usus
est: quamvis ad tuendam eam nihil amplius quam fauces
ceteraque membra sibi met ad numerum in sphaeristerio
defricaret: inediamque unius diei per singulos men
ses interponeret.

Ordinem vite fere hunc tenuit. In principatu matu
rius semper: ac de nocte vigilabat: dein perlectis epistulis
officiorumque omnium breviariis amicos admittebat: et
dum salutabatur: et calciabat se ipse et amiciebat.

Post decisam quecumque obuenissent negotia gestationi et
inde quieti uacabat: Secreto in balneum triclinumque
transibat: nec ullo tempore facilior aut indulgentior tra-
ditur: eaque momenta domestici ad aliquid petendum
magnopere captabant.

De iocis post cenam et quibusdam factis dictis eiusdem

At super cenam autem et semper alias cum amicis multa
ioco transigebat. Erat enim dicacitatis plurime: et si
scurrilis et sordide ut ne pretextatis quidem verbis a-
bis abstineret: Expugnatus autem a quadam quasi amore
suo deperiret: cum perducte pro concubitu sestertia qua-
draginta donasset admonente dispensatore quemadmodum
summam rationibus vellet referri Vespasiano inquit
adamato. : De aliis iocis et factis.

Reprehendenti filio Tito quod etiam urine uectigal commen-
tus esset pecuniam ex prima pensione ad mouit ad
nares: sciscitans num odore offenderetur: et illo
negante: atqui inquit e lotio est. Ac ne in metu
quidem ac periculo mortis extremo abstinuit iocis
nam cum inter prodigia cetera mausoleum Cesarum
patuisset: et stella in celo crinita apparuisset: alte-
rum ad Iuniam Caluinam e gente Augusti pertinere
dicebat: alterum ad parthorum regem qui capillatus
esset: prima quoque morbi accessione ue inquit puto deus fio.

De infirmitate et morte eiusdem

Consulatu suo nono temptatus in campania motiun-
culis leuibus: ac protinus urbe repetita cutilias ac rea-
tina rura: ubi estiuare quotannis solebat petiit: Hic
cum super urgentem ualitudinem creberrimo frigide aque usu et-
iam intestina uiciasset: nec eo minus muneribus imperato-
ris ex consuetudine fungeretur: ut et legationes audi-
ret cubans aluo repente usque ad defectionem soluto sur-

Mausoleum

Iunia Caluina

peratore ait stante mori oportere. Dumque consurgit
ac nititur inter manus sublevantium extinctus viii. Kal.
iulias annum gerens etatis sexagesimum ac nonum su-
perque mensem ac diem septimum. mortuus est fluxu ventris.

Convenit inter omnes tam certum eum de sua suorumque ge-
nitura semper fuisse: ut post assiduas in se coniura-
tiones ausus sit affirmare senatui aut filios sibi suc-
cessores: aut neminem. Dicitur et vidisse quandoque
per quietem stateram in medio parte vestibuli pala-
tine domus positam examine equo cum altera lance
Claudius et Nero starent: in altera ipse ac filii:
nec res fefellit: quando totidem annis parique tempo-
ris spatio utrique imperaverunt.

Caii Suetonii Tranquilli De vita XII. Cesa-
rum Liber XI. Divus Titus Imperator Au-
gustus Incipit.

Titus Cognomine paterno amor ac delicie generis
humani tantum illi ad promerendam omnium voluntatem
vel ingenii vel artis: vel fortune superfuit: et quod
difficillimum est in imperio quando privatus: atque et sub
patre principe: ne odio quidem nedum vituperatione
publica caruit.

De Nativitate Titi

Natus est iii kal. Ianuarii insigni anno Caiana nece
prope septizonium sordidis edibus cubiculo vero perparvo
et obscuro nam manet ad huc et ostenditur. Educatus in
Aula cum Britannico simul ac paribus disciplinis et
apud eosdem magistros institutus. Quo quidem tempore
aiunt Metoposcopum a Narciso Claudii liberto ad
hibitum ut Britannicum inspiceret ~~cer~~ constantissime affirmasse

Septizonium

Titus / Britannicus — simul educati fuerunt

Metoposcopus
Narcisus libertus
Claudii fuit

illum quidem nullo modo ceterum Titum: qui prope astabat utique imperaturum: Erant autem adeo familiares ut de potione qua Britannicus hausta periit. Titus quoque iuxta cubans gustasse credatur: gravique morbo afflictus diu. Quorum omnium mox memor statuam ei auream in palatio posuit: et alteram ex ebore equestrem: que circensi pompa hodieque prefertur dedicavit prosecutusque est.

De virtutibus et scientiis eiusdem.

In puero statim corporis animique dotes explenduerunt magis: ac magis deinceps per etatis gradus forma egregia: et cui non minus auctoritatis inesset quam gratie precipuum robur quamquam neque procera statura: et ventre paulo proiectiore: memoria singularis docilitas ad omnes fere tum belli: tum pacis artes: armorum et equitandi peritissimus: latine grecequae lingue vel in orando vel in fingendis poematibus promptus et facilis: sed ne musice quidem rudis: ut qui cantaret psalleret iocunde scienterque.

De officiis et studio eius.

Tribunus militum et in germania et in britania meruit summe industrie: nec minore modestia et fama sicut apparet et imaginum eius multitudine: ac titulis per utriusque provinciam. Eodemque tempore Arreciniam Tertulo patre equite romano sed prefecto quondam pretorianarum cohortium duxit uxorem: et in defuncte locum Marciam Fulviam splendidi generis cum sublata filia divortium fecit.

Ex questure deinde honore legioni prepositus thraciam et gamalam urbes validissimas iudee in potestatem redegit.

De victoria civitatis ierusalem.

Galba mox tenente rem p. missus ad gratulandum quaqua iret convertit homines quasi ad adoptionis gratiam arcesseretur. Sed ubi turbari rursus cuncta sensit redit ex itinere:

aditoque

additoque Paphie veneris oraculo dum de navigatione consulit: et de imperii spe confirmatus est. Cuius brevi compos et ad perdomandam iudeam relictus novissima hierosolymorum oppugnatione xii propugnatores totidem sagittarum confecit ictibus cepitque eam natali filie sue tanto militum gaudio ac favore ut in gratulatione imperatorem eum consalutaverint: et subinde decedentem provincia detinuerint: suppliciter nec non et minaciter efflagitantes aut remaneret aut secum omnes pariter abduceret: unde nata suspicio est quasi desciscere a patre orientisque regnum sibi vindicare tentasset. Quam suspicionem auxit postquam Alexandriam petens in consecrando apud memphim bove apidi diadema gestavit. De more siquidem ritque prisce religionis. Quare festinans in italiam cum rhegium dein puteolos oneraria nave appulisset: Romam inde contendit expeditissimus: inopinantique patri velut arguens rumorum de se temeritatem veni inquit pater veni. — paphia veneris templum. — Memphis urbs egipti

De administratione principatus cum patre.

Neque ex eo destitit participem atque tutorem imperii agere: Triumphavit cum patre: censuramque gessit una eidem collega: et in tribunicia potestate: et in septem consulatibus fuit. Receptaque ad se prope omnium officiorum cura cum patris nomine et epistolas ipse dictaret et edicta conscriberet: orationesque in senatu recitaret et questoris vice: prefecturam quoque pretorii suscepit: numquam ad id tempus nisi ab equite romano administratam. — Triumphus ipsius Titi

De suspitione vitiorum conversa in laudem suam et de gratia et magnificentia eius.

Preter sevitiam suspecta in eo et luxuria erat quod ad mediam noctem comessationes cum profusissimo quoque familiarium

extenderet nec minus libido propter exoletorum et spadonum gre-
Beronice Regina ges: propter insignem regine Beronices amorem: cui etiam nuptias
pollicitus ferebatur. Suspecta et rapacitas quod constabat in cognitionibus
patris nundinari premiarique solitum: denique propalam alium
Neronem et opinabantur et predicabant. At illi ea fama
pro bono cessit: conversaque in maximas laudes neque ullo vitio re-
perto et virtutibus summis. Convivia instituit iocunda
magis quam profusa: amicos elegit: quibus etiam post eum principes
ut et sibi et rei publice necessariis acquieverunt: precipueque sunt us-
tam sibi Beronicem statim ab urbe dimisit invitus invitam
Nullius civium quicquam ademit: abstinuit alieno: ut si quis
umquam ac ne concessas quidem ac solitas collationes
recepit. Et tamen nemine ante munificentia minor amphithea-
tro dedicato thermisque iuxta celeriter extructis munus edi-
dit apparatissimum largissimumque: dedit et navale prelium in veteri
naumachia: ibidem et gladiatores: atque uno die quinque mi-
lia omne genus ferarum.

De liberalitate et civilibus gestis eius

Natura autem benivolentissimus: in rebus non desideriis tamen
hominum obstinatissime tenuit: ne quem sine spe dimitteret
Populum presertim universum tanta per omnes occasiones comi-
tate tractavit: ut proposito gladiatorio munere non ad suum sed
ad spectantium arbitrium editurum se professus sit. Et plane
ita fecit: nam neque negavit quicquam petentibus: et ut que
vellent peterent ultro adhortatus est: Verum maiestate
salva nec minus equitate: ne quid popularitatis pretermit-
teret nonnumquam in thermis admissa plebe lavit. Quedam
Mons Vesevus campanie sub eo fortuita ac tristia acciderunt: ut conflagratio Vesevi
Incendium montis in campania et incendium rome per triduum totidemque
noctes: item pestilentia quanta non temere alias: in his
pestilentia tot adversis ac talibus non modo principis sollicitudinem
sed parentis affectum unicum prestitit: nunc consolando per

edicto: nunc opitulando quatenus suppeteret facultas.
Curatores restituende Campanie e consularium numero sorte
duxit: bona oppressorum in Vesuvio: quorum heredes non extabant restitutioni afflictarum civitatum attribuit. Urbis
incendio nihil nisi sibi perisse testatus est publice:
cuncta pretoriorum suorum ornamenta operibus ac templis
destinavit: preposuit complures ex equestri ordine: quo
queque maturius peragerentur. Medende valitudini leniendisque morbis nullam divinam humanamque opem non adhibuit: inquisito omnium sacrificiorum remediorumque genere.
Inter adversa temporum et delatores mandatoresque erant ex licentia
veteri: hos assidue in foro flagellis ac fustibus cesos: ac
novissime traductos per amphitheatri arenam partim subiici
in servo ac venire imperavit: partim in asperrimas insularum advehi:

De clementia et mansuetudine eius.

Pontificatum maximum ideo se professus accipere ut puras
servaret manus fidem prestitit: nec auctor posthac cuiusque
necis nec conscius: quamvis interdum ulciscendi non deesset
sed periturum se potius quam perditurum: adiurans duos patricii
generis convictos in affectatione imperii nihil amplius quam ut desisterent monuit. docens principatum fato dari si quid preterea
desiderarent promittens se tributurum. et confestim quidem ad
alterius matrem que procul aberat cursores suos misit
qui anxie filium salvum nunciarent. Ceterum ipsos non
solum familiari cene adhibuit: sed et in sequenti die gladiatorum spectaculo circa se ex industria collocatis: oblata sibi
ornamenta pugnantium inspicienda porrexit.

Non adhibebat aures adulatoribus sed gravissimis eos penis affligebat

De morte eius

Inter hec morte preventus est maiore hominum damno quam
suo. Spectaculis absolutis: in quorum fine populo coram ubertim
fleverat: Sabinos petit aliquanto tristior: quod sacrificii

hostia aufugerat grandi tempestate serena tonuerat. De inde
primam statim ad mansionem nactus: cum inde lectica transfer-
retur suspexisse dicitur dimotis pallulis celum multumque con-
questus eripi sibi vitam immerenti: neque enim extare ullum
suum factum penitendum excepto dumtaxat uno: id qua-
le fuerit neque ipse tunc prodidit: neque cuique facile suc-
currit. Quidam opinantur consuetudinem recordatum
quam cum fratris uxore habuerit: sed nullam habuisse persancte
domitia iurabat haud negatura siqua omnino fuisset: immo
et gloriatura qui illi promptissimum erat in omnibus probris.

Domitia

De loco et tempore mortis eius et laudibus Senatus

Excessit in eadem qua pater villa idibus Septembris post
biennium et menses duos diesque xx. quam successerat al-
tero et quadragesimo etatis anno. Quod ut palam factum
est: non secus atque in domestico luctu merentibus publice
cunctis. Senatus prius quam edicto convocaretur ad curiam con-
currit: obseratisque adhuc foribus: deinde apertis tan-
tas mortuo gratias egit laudesque: quantas congessit nec
vivo quidem umquam atque presenti.

Tenuit enim imperium solum annis duobus mensibus duobus diebus viginti.

Vixit annis xli et mortuus est febri cum magno planctu omnium

Caii Suetonii Tranquilli de vita xii Cesarum Liber Duodecimus Incipit Divus Domitianus Imperator.

De Nativitate Domitiani et gestis eius fraudolosanima.

Domitianus natus est .ix. kal. novembris patre consule
designato inituroque mense insequenti honorem: puberta-
tis ac prime adolescentie tempora tanta inopia: tantaque
infamia gessisse fertur: ut nullum vas argenteum in usu

haberet. Non exequar singula commissa multorum uxo-
ribus Domitiam Longinam Elio Lamie nuptam et
in matrimonium abduxit. — Domitiam Longinam duxit in uxorem.
Expeditionem quoque in Galliam Germaniasque neque ne-
cessariam et dissuadentibus paternis amicis incohavit
tantum ut fratri se et opibus et dignatione adequaret.
Ob hec correptus quo magis et etatis et conditionis ad-
moneretur habitabat cum patre una: sellamque et ac fratris
quotiens prodirent lectica sequebatur: ac triumphum utriusque
iudaicum equo albo comitatus est.
Inter initia principatus cotidie secretum sibi horarum su-
mere solebat nec quicquam amplius quam muscas captare — Quod muscas captabat
ac stilo preacuto configere.
Spectacula magnifica assidua et sumptuosa edidit non
in amphitheatro modo verum et in circo ubi preter sollemnes bi- — Bige bige / Quadrige — currus tracti a duobus equis
garum quadrigarumque cursus prelium duplex et equestre
ac pedestre commisit: At in amphitheatro navale quoque. Nam
venationes gladiatoresque et noctibus ad lichnos nec
virorum modo pugnas: sed et feminarum. Instituit et — Lichni luminaria
quinquennale certamen capitolino Iovi triplex musicum eque- — Certamen musicum et
stre gymnicum: et aliquanto plurium quam nunc est coro- — gymnicum edidit
natorum. Certabant enim et prosa oratione grece latineque.
Celebrabat et in albano quot annis quinquatria Mi-
nerve cui collegium instituerat: ex quo sorte ducti
magisterio fungerentur: redderentque eximias vena-
tiones et scenicos ludos: superque oratorum ac poetarum
certamina: Plurima et amplissima opera incen- — Plurima opera incen-
dio absumpta restituit: in quis et capitolium quod rursus — dio absumpta restituit
arserat: Novum autem excitavit edem in capitolio custodi
iovi: et forum quod nunc nerve vocatur. Item flavie tem-
plum gentis: De expeditionibus per eum susceptis
Expeditiones partim sponte suscepit: partim necessario:

sponte suscepit: necessario unam in Sarmatas legione cum
legato simul caesa: in dacos duas: primam appio sabino con-
sulari oppresso: secundam cornelio fuscho praefecto cohortium
praetorianarum: cui belli summam commiserat. De chattis da-
cisque post varia proelia duplicem triumphum egit. De
sarmatis lauream modo capitolino iovi rettulit. Bellum
civile motum a L. Antonio superioris germaniae praeside con-
fecit absens felicitate mira:

Appius Sabinus
Cornelius fuscus
Sarmatae
Lucius Antonius

Multa etiam in communi rerum usu novavit: sportulas publicas sustulit
revocata cenarum rectarum consuetudine: Castrari mares ve-
tuit: Vetuit ne quis in italia novellaret

Sportulas publicas sub-
stulit consuetudinique cenarum
Vetuit ne quis novellaret

De diligentia et industria in iure dicendo.

Ius diligenter et industrie dixit: plerumque et in foro pro tribu-
nali extra ordinem: ambitiosas centumvirorum sententias rescidit.
Scripta famosa vulgoque edita quibus primores viri ac
feminae notabantur abolevit non sine auctorum ignominia
Quaestorium virum quod gesticulandi saltandique studio
teneretur movit senatu: Probrosis feminis lecticae u-
sum ademit: iusque capiendi legata hereditatesque.
Quosdam ex utroque ordine lege scantinia condemnavit.
Incesta vestalium virginum a patre suo quoque et fratre ne-
glecta varie ac severe coercuit: priora capitali sup-
plicio: posteriora more veteri: Stupratores virgi-
nis in comitio ad necem caedi excepto praetorio viro: cui
dubia etiam tum causa et incertis quaestionibus atque tormentis de
semet confesso exilium indulsit: ac ne qua religio deum
impune contaminaretur: monumentum quod libertus eius
e lapidibus templo capitolini iovis destinatis filio con-
struxerat diruit per milites: ossaque et reliquias quae
inerant mari mersit.

[illegible] iure dicendo

Ademit usum lecticae feminis
probrosis et ius capiendi
legata.

Nulla religio deum impune
contaminabatur.

De clementia et largitate.

Inter initia usque adeo ab omni caede abhorrebat ut absente
adhuc patre recordatus virgilii versum: Impia quam caesis

gens est epistolam iuvenis: edicto destinaverat ne bo
ves immolarentur. Omne etiam se largissime continens
nihil prius aut actus monuit quam ne quid sordide fa
ceret: relictas hereditates ab his quibus liberi erant
non recepit. De sevitia et crudelitate et tot plurimos.
Sed neque in clementie neque in abstinentie tenor per
mansit: et tamen aliquanto celerius ad sevitiam descivit quam
ad cupiditatem: Discipulum Paridis pantomimi im- — Discipulus paridis
puberem adhuc et cum maxime egrum quod arte forma- — interficit.
que non absimilis magistro videbatur occidit. Item Hermo- — Hermogenes tarsensis
genem tarsensem propter quasdam in historia figuras: libra
riis etiam qui eam descripserant cruci fixis. Complures
senatores in his aliquot consulares interemit: ex quibus
Civicam Cerealem in ipso Asie proconsulatu. Ceteros le
vissima quaque de causa: Metium Pomposianum quod ha
bere imperatoriam genesim vulgo ferebatur et quod depictum or- — Metius pomponianus
bem terre in membranis: contionesque regum ac ducum ex
Tito livio circumferret: quodque servis nomina Magonis et — Titus Livius
Hanibalis indidisset. Salustium Lucullum Britannie le
gatum: Satis erat obici qualecumque factum dictumve adver — Mago · Hanibal fratres
sus maiestatem principis: confiscabantur alienissime hereditates
tes vel existente uno qui diceret audisse se ex defuncto
cum viveret heredem sibi Cesarem esse. Preter ceteros
Iudaicus fiscus acerbissime actus est.

De elatione et vana gloria eiusdem

Principatum vero adeptus neque in senatu iactare dubita
vit: et patri se et fratri imperium dedisse illos sibi red
didisse. Statuas sibi in capitolio non nisi aureas et
argenteas poni permisit ac ponderis certi. Ianos arcusque
cum quadrigis et insignibus triumphorum per regiones
urbis tantos ac tot extruxit: ut cuidam grece inscrip
tum arcui sit: consulatus vii. x. cepit quod ante eum nemo

De coniuratione cont. eum fca.

Per hec terribilis cunctis et invisus tandem oppressus
est amicorum libertorumque intimorum conspiratione simul
et uxoris :

De patruele p. eum occiso

Denique Flavium Clementem patruelem suum contemp
tissime inertie cuius filios etiam tum parvulos successores
palam destinaverat et abolito priore nomine alterum Vespa-
sianum appellari iusserat: alterum Domitianum repente
ex tenuissima suspitione tantum non in ipso eius consulatu interemit
quo maxime facto maturavit sibi exitium. Continuis
octo mensibus tot fulgura facta nuntiataque sunt: ut
et clamaverit feriat iam quem volet. Tactum de celo
capitolium templumque flavie gentis: item domus pala-
tine et cubiculum ipsius: atque etiam e basi statue trium-
phalis titulus excussus vi procelle in monumentum proximum
decidit. Arbor que privato adhuc Vespasiano eversa
surrexerat: tunc rursus repente corruit: prenestina fortuna
toto imperii spacio annum novum letam eandemque semper
sortem dare assueta extremo tristissimam reddidit.
Nec sine sanguinis mentione minervam quam super-
stitiose colebat somniavit excedere sacrario negan-
temque ultra se tueri eum posse quod exarmata esset a
Iove.

De quibusdam signis mortis eius.

Pridie quam periret: cum oblatos tuberes servari iussisset
crastinum adiecit si modo uti licuerit: et conversus ad pro-
ximos affirmavit fore ut sequenti die luna se in aqua-
rio cruentaret: factumque aliquod existeret: de quo loquerentur
homines per terrarum orbem. At circa mediam noctem ita est ex-
territus ut e strato prosiliret. dehinc mane aruspicem e ger-
mania missum: qui consultus de fulgure mutationem rerum
predixerat audiit condemnavitque.

Flavius Clemens patruelis contemptus ab ipso

Gens flavia

Basis

Fortuna prenestina

Tubera

De modo cedis et mortis

De insidiarum cedisque genere hec fere diuulgata sunt. Cunc-
tantibus conspiratis quando et quo iidem lauantem an
cenantem aggrederentur. Stephanus Domicille procurator
et tunc interceptarum pecuniarum reus consilium operamque op-
tulit. Ac sinisteriore brachio velut egro lanis fa-
sciisque per aliquot dies ad auertendam suspicionem obuoluto
ad ipsam horam dolonem interfecit: professusque conspirato-
nis indicium: et ob hoc admissus legenti traditum a se
libellum: et attonito suffodit inguine. Saucium ac re-
pugnantem adorti Clodianus cornicularius: et Ma-
ximus Partheni libertus: et Saturi decurio cubicu-
lariorum: et quidam e gladiatorio ludo vulneribus septem
contrucidauerunt. Puer qui curie larum cubiculis ex con-
suetudine assistens interfuit cedi: hoc amplius narrabat se ius-
sum a Domitiano ad primum statim vulnus pugionem pul-
uino subditum porrigere: ac ministros vocare: neque ad caput
quicquam ex excepto capulo: et preterea omnia clausa reperisse
atque illum interim arrepto: deductoque ad terram Stephano
colluctatum diu dummodo ferrum extorquere modo quamquam la-
niatis digitis oculos effodere conatum. Occisus est. xviii.
cal. octobris anno etatis. xlv. imperii. xv. Cadauer
eius populari sandapila per vespiliones exporta-
tum: Phyllis nutrix in suburbano suo latina via
funerauit: sed reliquias templo Flauie gentis clam
intulit: cineribusque Iulie filie Titi quam et ipsa
educauerat commiscuit.

Statura fuit procera: vultu modesto ruborisque pleno
grandibus oculis: verum acie hebetiore: preterea pul-
cher ac decens maxime in iuuenta et quidem toto cor-
pore exceptis pedibus: quorum digitos restrictiores habebat
postea caluitio quoque deformis: et obesitate ventris: et

Stephanus Domicille

Clodianus Cornicularius

Saturius Decurio

Confectus fuit a coniuratis septem vulneribus.

Sandapila i. feretrum

Vespilio qui fert feretrum.

Iulia filia Titi eius fratris

crurum gracilitate: quamquam et valitudine longa remacrue-
rant

De peritia in sagittando

Laboris impatiens per urbem pedibus non temere ambula-
uit: in expeditione et agmine equo rarius: lectica assidue
uectus est. Armorum nullo: sagittarum vel precipuo studio
tenebatur. Centenas varij generis feras sepe in Albano
secessu conficientem spectauere plerique. Nonnunquam in pueri
procul stantis prebentisque pro scopulo dispansam dextre
manus palmam sagittas tanta arte direxit: ut omnes
per interualla digitorum innocue euaderent.

De facundia et studio eius

Liberalia studia in initio imperij neglexit: quamquam bibly-
othecas incendio absumptas impensissime reparare curasset
exemplaribus undique quesitis: missisque Alexandriam
qui describerent: emendarentque. Nunquam tamen aut historie
carminibus cognoscendis operam ullam: aut stilo uel
necessario dedit praeter commentarios et acta Tiberij Cesaris
nihil lectitabat: epistolas orationesque et edicta alieno
formabat ingenio. Quotiens otium erat alea se
oblectabat: etiam profestis diebus matutinisque horis: ac
lauabat de die: prandebatque ad satietatem ut non temere
super cenam praeter Matianum malum et modicam in ampulla
potiunculam caperet. Conuiuabatur frequenter ac large
sed pene raptim certe non ultra solis occasum nec ut po-
stea comessaretur. Nam ad horam somnij nihil aliud
quam secreto solus deambulabat.

Libidinis nimie assiduitatem concubitus uelut exercitationis
genus clinopalem uocabat. Eratque fama quasi concubinas ipse
diuelleret nataretque inter uulgatissimas meretrices. Fratris
filiam adhuc uirginem oblatam in matrimonium sibi cum
deuinctus Domitie nuptijs pertinacissime recusasset: non
multo post alij collocatam ultro corrupit: et quidem uiuo

petius

Vixit annis xlv. imperauit
xv. occisus a suis per camera.

et tum Tito: mox patre ac viro orbatam ardentissime palamque dilexit: ut et causa mortis extiterit coacte conceptum a se abigere. De mestitia militum et letitia senatus

Occisum eum populus indifferenter: miles gravissime tulit: statimque eum divum appellare conatus: paratus et ulcisci ni duces defecissent (defuissent): quod quidem paulo post fecit expostulatis ad penam pertinacissime cedis auctoribus. Contra senatus adeo letatus est: ut repleta certatim curia non temperaret: quin mortuo contumeliosissimo atque acerbissimo acclamationum genere laceraret: scalas etiam inferri: clipeosque et imagines eius coram detrahi: et ibidem solo affligi iuberet: novissime eradendos ubique titulos abolendamque omnem memoriam decerneret. Ante paucos quam occideretur menses cornix in capitolio elocuta est

Nec defuit qui ostentum sic interpretaretur.

Nuper tarpeio que sedit culmine cornix

Est bene non potuit dicere: dixit erit.

Caii Suetonii Tranquilli De vita XII Cesarum Liber Duodecimus Domitianus Imperator Augustus Feliciter Finit.

Versus Ausonii de XII Cesaribus.

Primus regalem patefecit iulius aulam
Cesar: et augusto nomen transcripsit et arcem.
Privignus post hunc regnat nero claudius: a quo
Caius: cognomen caligae cui castra dederunt.
Claudius hinc potitur regno: post quem nero saevus
Ultimus eneadum: post hunc tres nec tribus annis
Galba senex: frustra socio confisus inerti.
Mollis otho infamis per luxum degener evi.

Nec regno dignus nec morte uitelius ut uir.
His decimus fatoq; accitus uespasianus.
Et titus imperii felix breuitate: secutus
Frater: quem caluum dixit sua roma nerone.

De longitudine regni eorum

Iulius ut perhibent diuus trieteride regnat
Augustus post lustra decem sex prorogat annos
Et ter septenis geminos nero claudius addit.
Tertia finit hiems grassantia tempora caii.
Claudius hebdomadem duplicem trahit. et nero dirus
Tantundem summe consul: sed defuit unus:
Galba senex: otho lasciue: et formose uiteli.
Tertia uos latio regnantes nesciit estas
Inuenies dignos uita pperante probrosa.
Implet fatalem decadem sibi uespasianus
Heu tite mors fuit terris te uita biennis
Quindecies saeuis potitur dum frater habenis.

De finibus seu morte eorum.

Exegit penas de cesare curia mollis
Abdidit augustum diuis matura senectus
Sera senex campis exul nero fata peregit.
Et decies periit repetito uulnere caius.
Claudius ambiguo conclusit fata ueneno.
Matricida nero proprio se perculit ense.
Galba senex periit saeuo prostratus othone.
Mox otho famosus: clara sed morte potitur.
Prodige succedunt perimendi sept̃ uiteli
Laudatum imperium mors lenis uespasiano.
At titus orbis amor rapitur florentibus annis.
Sera grauem perimunt: sed iusta pericla fratrem.

Τελως.

Nerua senex satis nobilis honestus et modestus contrarius domitiano fuit et Imperator opera occisor eius qui adoptauit Traianum in filium propter egregiam uirtutem vixit annis lxxij. Imperauit anno uno et mortuus est morte naturali.

Traianus ortus Rome cuius antiqui fuerunt hispani optimus fuit omnium Augustorum summe iustitie clementie et ciuilitatis. Qui uir diuinus mirabili uirtute et felicitate romanum Imperium satis infirmatum magnifice amplificauit. vixit annis lxiij mensibus nouem et quattuor diebus Imperauit annis xviij. mensibus sex et mortuus est ex fluxu uentris.

Adrianus ut scribit spartianus natus ex consobrino traiani filius adoptiuus est cuius maiores fuerunt in italia temporibus Scipionum vir magne satis maxime eloquentie nunc crudelis nunc clemens qui plures peragrauit prouincias romani Imperij quam alius Imperator. Adrianus uite tedio affectus petebat occidi et mortuus anno etatis sue lxxij cum Imperasset annis xxi mensibus xi.

Antoninus pius gener Adriani et filius adoptiuus vir forma pulcher Insignis Ingenio et eloquio magne litterature moderatus moderatissimus benignissimus qui romanum Imperium plus studuit conseruare quam ampliare et hunc In ore illud Scipionis: malo unum ciuem seruare quam mille hostes occidere Antoninus periit anno lxx. Imperauit annis xxiij mortuus est ex febre quasi dormiens.

Duo furono antonij pij Imperatori ro: primo nato fu in gallia cisalpina [illegible] no [illegible] i [illegible] perdidit: lalt° fo marcho antonio pio per origine romano nato del monte [illegible] fighuolo di uno Annio vero et domitia [illegible]: fo [illegible] excellentissime [illegible] et [illegible] naturale dottissimo [illegible] et Justitia [illegible] da [illegible] per [illegible] [illegible] altri principi [illegible] nello Imperio [illegible] antonio [illegible] et [illegible] per adoption fo fighuolo [illegible] perdona faustina fighola del suo [illegible] adoptiuo antonio [illegible] tanto era bella [illegible] [illegible] di lei [illegible] quale [illegible] [illegible] [illegible] sua [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]. Et lo primo [illegible] sotto Domitiano

Antonius verus gener pii successit in imperio cum lucio
fratre suo. Isti duo fratres primo simul vocati sunt Augusti.
Iste verus sapientissime aliavit et supportavit vitia fratris
qui regnavit secum xi. annis fuit. n. magnus philosophus
sanctitatis vite orbis proponendus numquam mutavit vultum
qui vir tante virtutis poterat dici felix si uxorem
faustinam et filium Comodum non habuisset. Imperavit annis
xviij. vixit lxi. mortuus est ex morbo.

Antonius Comodus filius veri paternarum virtutum hostis
crudelis luxuriosus qui meretrix fuit toto corpore omni
turpitudine fedatus trecentas meretrices et totidem pueros
pulcros in palatio habuit in famatorum omnium ab orbibus infa-
matus fortis solum in pugnis bestiarum comodus orbibus inco-
modus cum imperasset xiij annos strangulatus fuit cum
magno comodo omnium.

Pertinax fratris imperator in mandato senatus fuit genere
ignobilis et patre libertino sed moribus nobilis: senex ve-
nerabilis temperatus contrarius comodo reputatus est tamen
avarus deletus populo militibus odiosus fuit occisus
a militibus in domo sua opera Iuliani vixit annis
lxx et mensibus sex imperavit mensibus sex et
xxv. diebus. viginti duobus.

Iulianus didius post pertinacem assumpsit imperium
qui fuit nepos Iuliani magni iuris consulti quod magis
nobilitavit eum cuius antiqui fuerunt de mediolano.
fuit autem parcissimus hominum miserime vivens unde
odiosus populo desertus ab orbibus privatus est imperio
auctoritate senatus vixit xlvi. annis et sex mensibus
imperavit duobus mensibus.

Seuerus solus in anno principum fuit ex africa qui
uir fortis magna bella gessit tribelis senatui et populo
sed militibus amabilis quia maius stipendium dedit quam alius
imperator hic tamen annone reliquit in morte quod sufficere
poterat urbi octo annis dando lxxv milia
modiorum in die de quo dixit senatus quod numquam debuisset
nasci uel numquam mori uixit annis Lxxxviiij et
mortuus est in britania cum imperasset annis xviij.

Basianus filius seueri dictus Antoninus caracallus successit
patri in imperio asperior eo: luxuriosus multum qui parricidium
magnum uiris consultum tenuidarij fecit quia reprehendebat
eum quod duxerat iuliam nouercam suam in uxorem hic
imperauit annis quinque sex occisus est apud carras insidijs
Macrij prefecti anno etatis xliij.

Macrinus occiso basiano arripuit imperium homo omnium
uitiorum uilissime natus et uilissimus seruus sub comodo
qui noluit uocari antoninus quia nullus bonus ubi erat
uidebatur imperator tunc sine tali nomine fuit crudelis
sanguinarius inuentor nouarum mortium: sed post
annum sui imperij occisus fuit apud antiochiam ab eliogabalo.

Marcus eliogabalus reputatus filius basiani ex semiramia
uulgatissima meretrice ad cuius uoluntatem fecit
omnia turpia imperatior ut bestia occisus est a iuratoribus
militum et deiectus in cloacam stercorum et mater cum
eo dignissima tali filio luxurioso prodigo ebrioso qui
non est nominandus homo sed ut pupa fedissima imperauit
annis tribus.

Alexander filius uarij consobrinus eliogabali natus

Legalis

et Mamea Muliere xpianissima accepit Imperium ad remedium generis humani qui Iuuenis virtuosissimus purgauis sordibus Eliogaboli rem p. salubriter gubernauit consilio vulpiani qui fuit regalis sectę princeps. hunc Alexandrum omnis dotes natue et fortune et virtus bonorum principum merito sepsit. vixit annis XXX viij mensibus tribus diebus septem. Imperauit annis xiij. occisus est Ingrella a Militibus opera Maximiani quod indignissimum visum est. na oes boni principes ut plurimum vi mortui sunt et male mali.

Maximianus natus de regione tracia et patre et matre barbaris sine auctoritate senatus a militibus appellatus est Augustus qui fuit magnus ut gigas fortissimus ferus et aspere superbus: nullum malum crudelius fuit Imperio. vn Milites fecerunt Imperatorem Gordianum senem grauissimum: sed Maximianus occiso Gordiano filio eius Iuuene veniebat in romam fulminans senatus territus fecit tres Imperatores contra eum. s. pupienum: Albinum. Gordianum. Senex Maximianus apud Aquileiam occisus est a militibus cum filio suo cum Imperasset annis tribus.

Gordianus tertius qui appellatus fuit augustus a senatu cum pupieno et Albino illis fraude militum qui Imperauerant duobus annis solus tenuit Imperium valde puer. cui nihil deerat nisi etas amabilis et gratiosus hic cum bella feliciter gereret in oriente consilio Misithei socii sui viri prudentissimi: interfectus fuit a Militibus fraude philippi arabis dicentis quod puer nesciebat regere Imperium Imperauit tamen annis sex.

Philippus de arabia factus est imperator post
Gordianum et filippum filium fecit participem regni
qui de infima gente natus superbe imperavit annis
septem et nichil laudabile fecit nisi quod fuit primus
imperator christianus et ambo sunt interfecti tumul-
tu militari fraude decii patris verone filius
rome. Et hic nota quod omnis Augustus est cesar
sed non econverso. quia cesar est electus a principe vel
ab exercitu. Augustus vero confirmatus a senatu.

Decius de panonia vir industria militari strenuus
occisis filippis invasit imperium quod tenuit annis
tribus et ipse cum filio quem Cesarem fecerat oc-
cisus est in medio barbarorum cum bellum pararet
contra Emilianum qui in messia rebellaverat cru-
delis fuit contra christianos.

Gallus hostilianus post mortem deciorum successit
in imperio cum filio suo volusiano quod tenuit vix
duobus quo tempore persecutione fecerunt in christianos
et pestis pessima generaliter fuit ubique.

Valerianus ab exercitu appellatus est Augustus vo-
lente populo concedente senatu qui fuit vir nobilis
sanguine scientia clarus eloquentia gloriosus sed in-
felicissimus omnium nam captus a rege persarum
in miserrima servitute consenuit sustinens semper
in tergo regem cum ascenderet equum hic vixit an-
nis lxx imperavit sex.

Gallienus filius valeriani qui iam erat ce-
sar factus est Augustus a senatu loco patris qui

luxuriosus marcens otio dedit se totu volupta-
tibus neglecto pre et imperio vii vaginta tiranj
i uaserunt imperium fuit tn poeta clarus unde
cu celebraret semel nuptias tenens sponsu et spon
sam per manus dixit istos uersus ... ubiles &c.
Ite simul pueri pariter sudate medullis
Omnibus inter vos no murmura vestra columbe
Brachia no hedere no vincant oscula conche
Imperauit annis XI.

Claudius secundus Imperator fuit de uoluntate
senatus dignus habuisse in se omnia bona principu sicut vir
tute Traiani. pietate Antonij providentia Au
gusti. hic mitis febrit gothis mortuus ex infirmi-
tate familiari virtutibus suis celum petijt cum
imperasset p duobus anis. Quo mortuo Quin
tilius frater eius vir optimus imperium tenuit solu
XVII.

Aurelianus natus ex parvis parentibus barbaris
fuit vir fortissimus in oi genere armorum exerci
tatis apurata: qui magna bella gessit Orientis
& muros urbis p̄lus amplauit quam aliquis ante
vel post sed clementia no habuit que est prima
virtus principi: triumphus eius fuit gloriosissimus
cu Zenobiam magnanimam mulierem que ma-
dominabatur — gnifice uinchauerit sibi Siriam duxit ante currum
triumphalem ligatam multis aureis catenis. Impe
rauit annis. V. mensibus sex occisus fraude
notarij sui apud Bisancium.

Tacitus vir Consularis et grauis factus est Impe-
rator cu summa concordia et longa deliberatione mi-

litum senatus et populi in spatio sex mensium tem-
peratus sobrius: lectione librorum delectatus non fe-
cit magna propter temporis brevitatem quia tantum sex mensibus
imperavit morbo periit.

Florianus frater eius preter sibi similis imperium
tenuit duobus mensibus et occisus est in insidiis militum.

Probus de pannonia oriundus de civitate sirmiensi
nobili hoc nomine qui vere probus iudicio omnium bo-
norum fuit imperator romani populi quietissima et secu-
rissima videlicet nobilissimis virtutibus clarus
sub magnis ducibus valeriano Aureliano et
Claudio multa et magna bella fecerat et plures fecit
[illegible] barbarorum ideo finaliter occisus est a militibus
apud sirmium quia nimis eos gravabat plis et
laboribus anno imperii quinto.
Carus romanus vel medio bonus visus est mi-
litibus dignus imperio post mortem probi et
tamen fuit medius inter principes bonos et malos.
hic capta civitate [illegible] imperii sui longius
procedens cum exercitu fulminatus est cum impe-
rasset annis duobus. Carus habuit duos filios
Cesares quorum minor Numerianus magnus
orator et poeta pro tempore suo oc-
cisus est proditione Apri soceri sui qui volebat
occupare imperium. Minor autem nomine Carinus
contaminatissimus hominum vitiis victus et occisus
est a diocletiano.
Diocletianus omnis bonus princeps quievit? occiso
Numeriano consensu omnium appellatus est Augustus
vir magnanimus prudens alti consilii qui dicebat

bonus cautus optimus benedictus Imperator cum aut
solus liberi imperaret subito ortis magnis bellis
Diocletianus fecit Augustum Maximianum quem
a principio fecerat cesarem et elegit cesares Co-
stantium patrem magni Constantini et Galerium
Post magnas bellorum victorias Diocletianus se-
nex reduxit se privatis ad vitam privatam apud So-
linas civitatem dalmatie patriam suam et Maxi-
mianus coactus ab eo idem fecit Mediolani: et
Diocletianus in oriente et Maximianus in occidente
Crudelius persecuti sunt christianos quam Valerianus Aurelianus
Decius et ceteri. Diocletianus venenum bibit an-
no etatis lxxviij cum imperasset annis x.

Constantius et Galerius Cesares facti Augusti di-
viserunt imperium inter se. nam Constantius con-
tentus Gallia et hispania ceteras provincias collega
cessit Constantius et pater Eutropio nobili romano
fuit vir optime constantie et civilitatis: civibus
amabilis et venerabilis qui mortuus est subitanea
anno principatus sui xiij relicto filio constantino et helena.

Galerius cum imperasset in Illirico Milites pretori-
ani rome fecerunt imperatorem Maxentium filium
Maximiani. contra quem Galerius misit quendam
Severum: qui cum incredibili multitudine obsedit ro-
mam et in proditione suorum victus A Maxentio
fugiens occisus est et Maxentius confirmatus
in imperio: fuit est sevissimus tirannus. Gale-
rius vero post multa que fecerat in christianos dum
pararet venire in Italiam morbo fastidiendo putre-
factus cum vermes intollerabiles emitteret de corpore

ciuitatis suspirationis se manu sua interfecit anno imperii .x. imperauit solum uel solus duobus annis.

Constantinus magnus constantii filius cum uirtute refulgens rogatus a senatu et populo romano ut ciues suos liberaret a seruitute crudelissime bestie Massentii conuocato licinio qui imperabat in hispania cum magno apparatu belli uenit contra Massentium quem magno prelio uicit et Massentius fugiens submersus est in tybere. Constantinus cum magna gloria intrauit urbem postea licinium sibi rebellem sepe uictum tandem occidi fecit et omnium uictor romanam ecclesiam reformauit fidem xpianam confirmauit. sedem imperii constituit in greciam ubi fecit secundam romam. Constantinus cum magna uirtute et fortuna prospera imperauit annis xxx. mensibus x diebus xi. uixit annis lxvi. et mortuus est feliciter.

secunda

Constans et constantius filii constantini occiso fratre eorum constantino tenuerunt ambo imperium. Constans imperans Arrianis persecutus est catholicos sed post multa prospera gesta fortis orbis intollerabilis occisus est anno imperii sui xviii etatis uero xxx.

Constantius post fratrem solus tenuit imperium annis sex uir temperatus et placidus quamuis Arrianus hic Iulianum suum consanguineum fecit Cesarem et sororem suam et misit in galliis: qui elatus uictoria inuasit imperium in italia Constantino occupato bellis parthorum Constantius rediens contra eum mortuus est in uia anno

etatis sue xl.

Iulianus successit solus in imperio vir libe-
ralis litteratus eloquens memoriosus avidus
glorie fuit tamen singularis quam Constantinum et per-
fidus contra fidem unde vocatus est apostata qui so-
lus post Constantinum recessit a fide xpiana et
xpianos odio habuit quibus interdixit officia et
studia scientiarum vixit annis xxxii. Imperavit
anno uno mensibus octo transfixus telo inde-
secto parthie ab uno milite ignoto.

Iovinianus de pannonia oriundus electus est im-
perator ab exercitu Iuliani qui corpore pulcer
homo et scientiis largus exercitum quem Iulia-
nus fecerat paganum fecit xpianum et reduxit
salvum ex periculo magno. mortuus est viii me-
se imperii etatis eius anno xxxiii.

Valentinianus de pannonia qui recesserat a Iuliano
quia verus xpianus erat factus est imperator
invitus nolens vir pulcer prudens probus
similis Adriano et Aureliano qui fratrem suum
Valentem et Gratianum filium fecit Augustos
hic princeps perfectus post multa bella mortuus
est subita sanguinis effusione anno imperii
xi. etatis lv. quo mortuo Valens tenuit imperium
in oriente et Gratianus in occidente.

Valens imperator in oriente factus Arianus
persequitur catholicos sicut frater tentaverat
vivente fratre unde precepit ut monaci militarent
sed infelicissimum bellum gerens cum Gotis perdito

perdito exercitu ipse vulneratus sagitta fugiens in vi-
llam casam vivus crematus est cum imperasset quattuor annis.

Gratianus post mortem patris imperavit sex annis qui
iuvenis gratus catholicus et fidelis contra alamandos fe-
liciter pugnavit sub quo Italia tota recessit a perfidia a-
rianorum et videns multas gentes infestas romano impe-
rio elegit in imperatorem orientis Theodosium nobilis-
simum hispanum qui vir xxxiii annos Tartaros ter-
ribiles debellavit et ceteris hostibus rebellans glori-
osus fuit apud constantinopolim.

Valentinianus secundus frater Gratiani imperavit in oc-
cidente Teodosio in oriente. Iste vir bonus expulsus
est de Gallia a Maximo tiranno. Teodosius tirannum
potentem cum parvo apparatu feliciter vicit apud
Aquilegiam et captum decapitavit. Valentinianus
restitutus in regno occidentis cum imperare regnaret stran-
gulatus est apud Viennam fraude Arbogasti comitis sui
cum imperasset annis octo.

Theodosius magnus cum iam imperasset xiii annis cum
Gratiano et Valentiniano fratribus solus remansit in impe-
rio annis tribus in oriente et occidente. Iste fuit optimus
imperatorum christianorum similis Traiano a quo originem
traxit de quo mirabiles laudes fecit Ambrosius cuius
auxilio expulit arianos de Mediolano. Theodosius
contra Eugenium qui usurpabat imperium in Gallis con-
fidens virtute christi illius auxilio suppliciter in no-
cte in alpibus iniit inpraelium et subito orta in ter-
rorem eorum crudeli tempestate contra hostes Theodo-
sius victor cum parva cede suorum Eugenium captus

Instituit de quo et memoria fecit Claudianus florentinus poeta paganus ut refert Augustinus de ci^te dei
Theodosius anno natiuitatis . l feliciter mortuus est apud Mediolanum relictis Augustis duobus filijs Arcadio et honorio .

Theodosio

Arcadius successit patri in imperio orientis: honorius in imperio occidentis ambo uiri boni non degenerantes
Circa anno. x. imperij eorum Radigasius rex gotorum cum infinita multitudine barbarorum miserabiliter uictus [uictus] a romanis fame et frigore occisus est rome: suis more pecudum uenditis. Arcadius anno imperij. xiij. mortuus est apud Constantinopolim relicto filio suo Theodosio in imperio orientis .

Honorius qui iam. xiij. annis imperauerat cum fratre postea imperauit cum Theodosio minore annis. xv. Sub quorum imperio Alaricus rex gotorum cepit romam cum incendio et spoliauit parcens fugientibus ad templa sanctorum sub isto honorio multa bella ciuilia et externa terminata sunt in occidente cum modico sanguine ipse uero occisus est rome sine filijs .

Theodosius Junior filius Archadij mortuo honorio regnauit in oriente annis xxxvij. cum iam post mortem patris regnasset annis xiij. et cum patre uiuente annis viij. hic ualentinianum consobrinum suum fecit Augustum et generum suum qui in occidente regnauit xxv. annis: tempore huius Theodosij Cartago crudelius capta a Genserico rege vandalorum, quam roma ab Alarico quia Gensericus non pepercit ecclesijs. Theodosius mortuus est apud Constantinopolim cum patre suo Arcadio .

Valentinianus

Valentinianus tertius in occidente tenuit imperium
v. annis post mortem Theodosii cum quo imperavit
annis xxv. et Martianus successit Theodosio. tempore
isto. Atila ille potens et terribilis cum multis regibus
et gentilibus barbaris de panonia veniens in italiam
cum debellasset provinciam venetiam et lombardiam
Aquilegia primo diruta et tunc facta est civitas vene-
torum a fugientibus sevitiam Atile valentinianus
timore vel invidia occidit Etium ducem bellico-
sissimum romani exercitus in gallia qui solus fue-
rat victor Atile cum mortem cum imperium et
salus occidentis et ipse valentinianus anno sequenti
occisus est rome ab uno milite Etii cum iam annis
xxx rexisset imperium.

Martianus qui iam v. annis imperaverat cum valenti
niano post mortem eius imperavit annis duobus quo tempore
Gensericus rex vandalorum veniens ex africa cum
manu sua cepit romam et rapuit spoliavit simul et
Capuam cum Campania Martianus vero anno vii.
sui imperii occisus est in conjuratione suorum apud constantinopolim.

Leo in constantinopoli invasit imperium qui leonem
filium fecit consortem regni orientalis quo tempore im-
perium occidentis multis laceratum est. nam quidam
Maiorianus invasit imperium apud ravennam
et ita alii inter Ravennam etiam potentissima erat
tempore gotorum. leo mortuus est anno imperii xvii orientalis.

Zeno imperator leonis gener successit illi in im-
perio quo tempore Odoacer veniens cum forti exercitu
de ultimis finibus panonie optinuit regnum

rome cū tota Italia qd' cū tenuisset xiiij annis The
odoricus rex gothoꝝ veniens de grecia cū autoritate
zenonis vir strenuissimus victo odoacre optinuit
romā cū tota Italia zeno cū imperasset in grecia
annis xvi mortuus est similis papirio cursori in
velocitate pedum.

A nastasius post zenonē adeptus est imperiū qui
fons hereticus pertinax cū nō posset revocari ad sanctā
fidem iusto iuditio dei fulmine percussus periit anno
imperii sui xvii quo tpe Teodoricus gloriose regnavit
in italia circa xl. annos.

I ustinianus maior successit anastasio qui vir catholicus
apud imperatores orientis omni studio nomen arrianorum
querebat extinguere sed Theodoricus minatus sibi
quod nisi ipse restitueret arrianos ipse in italia omnes xpianos
gladio necaret. Iustinianus ex compassione arrianos
in pace dimisit Et ipse cū imperasset annis xi. parte
quievit constantinopoli.

I ustinianus Iustini sororis filius successit illi in im
perio qui iustinianus princeps romanū imperiū armis
et legibus reparavit. nā per Bellisariū virū bellico
sissimū debellavit persas qui invaserant fines ro
manos. Africam liberavit de manibus vandalorū
et italiam de manibus gotoꝝ unde neapolim recuperantem
gotos exterminavit nulli parcens Postea narsetus eu
nuchus itez romā liberavit de manibus Totile
regis gotoꝝ quem interfecit Iustinianus leges ro
manas mirabili brevitate reformavit qui mortuus
est feliciter cū imperasset annis xxxviii.

Justinus minor nepos iustiniani successit ei in imperio
qui fuit homo avarus rapax impius et hereticus pp q
Narses qui per invidiam fuerat illi accusatus falso
odio et timore Auguste que minabatur reducere eum
inter mulieres fecit venire lombardos de panonia in italia
qui ceperunt mediolanum papiam et quasi totam lombardiam
Justinus cum imperasset annis xi. alienatus mente mor-
tuus est relicto Tiberio cesare.

Tiberius tertius successit iustino in imperio qui fuit recte
contrarius illi vir largus in pauperes christianus perfectus
sapiens iustus qui thesauros iustini male acquisitos
bene pauperibus erogavit et de persis magna prelia
habuit. Tiberius moriens reliquit heredem imperii
Mauritium data sibi filia in uxorem cum imperasset annis vii.

Mauritius gener tiberii primus ex grecis habuit impe-
rium vir utilis rei publice. cuius tempore magnum diluvium fuit
in italia apud urbem et veronam. Mauritius anno vij.
imperii occisus fuit cum duobus filiis a foca.

Focax occisor Mauritii et filiorum obtinuit imperium
qui primus obtinuit ut romana ecclesia caput esset omnium
ecclesiarum cum prius constantinopolitana se nominaret.
Focax cum imperasset annis v. privatus est vita et im-
perio ab heraclio qui regebat africam.

Heraclius successit foce in imperio cum filiis suis et co-
stantino secundo ex illa familia quorum tempore Mahometus
pestilentissimus draco in arabia fecit sectam suam
ab oriente in occidentem suum venenum disseminans
cum pessima desolatione fidei christiane. heraclius factus ydro-

pietis mortuus est anno imperii sui xxxi.

Constantinus tertius cum fratre suo suscepit imperium qui crudelis raptor veniens Ytaliam spoliavit Romam omnibus ornamentis suis. Deinde Siciliam per sex annos fecit crudelitatibus et rapinis ibi tandem occisus est a suis in balneo cum regnasset annis xxviij.

Justinianus secundus filius Constantini quarti de familia Eracliorum successit ei qui liberavit Africam de manibus Saracenorum, fuit tamen scismaticus et infestus pape Romano. Imperavit annis x. Et hic nota quod omnes principes post mortem Heraclii usque ad Carolum magnum fuerunt de stirpe eius.

Leo secundus expulit Justinianum predictum de regno quem relegavit in ponto et imperavit tribus annis et regnum perdidit ut statim dicetur.

Tiberius tertius insurgens contra Leonem eripuit ei regnum quem tenuit in custodia toto tempore sui imperii qui imperavit septem annis.

Justinianus secundus qui relegatus fuerat a Leone secundo recuperavit imperium et continuo iugulari fecit in publico Leonem qui expulerat eum et Tiberium qui invaserat imperium Leonis et multa magnifica fecit sed tandem eum quidam Filippicus relegatus a deo creatus imperator ab exercitu apud Constantinopolim vicit et occidit ipsum Iustinianum cum imperasset annis vij cum filio suo Tiberio.

Filippicus dictus Bardanus succedens Iustiniano asc-

occiso priuatus est regno et oculis ab anastasio cum
imperasset anno uno et mensibus sex qui fautor fuit hereticorum

Anastasius secundus dictus artemius priuato uito philip
pico tenuit imperium: sed exercitus eius elegit
Theodosium imperatorem licet inuitum anno tercio imperii
cum esset fautor catholicorum.

Theodosius tertius fortis imperator ambulabus Anastasium
graui prelio uicit quem captum fecit fieri sacerdotem ipse
uero catholicorum amicus imperauit uno anno.

Leo tertius successit in imperio qui constantinum filium
fecit consortem regni quo tempore Constantinopolis fuit lon
ga obsidione afflicta a Saracenis. hic leo prauus
fuit qui imagines marie et sanctorum in publico fecit
cremari et tamen imperauit annis xxv.

Constantinus quintus leonis predicti filius peior patre
dictus est persecutor ecclesie qui multos monachos et
uere catholicos occidit et uacans impie magicis et
tamen regnauit annis xxv quo tempore pipinus uicit
in italia astulfum regem longobardorum.

Leo quartus filius Constantini quinti imperauit in
oriente post eum annis v. dignus patre suo praui
tiis succedens.

Constantinus sextus leonis filius imperauit cum matre
hirene qui postea matre priuata regnauit solus
.v. annis. Mater uero excecauit filium et sola regnauit
.v. annis et tunc imperium romanum quod fuerat in oriente

a primo Constantino usque ad istam ultimam terminatum est
nam facta est divisio Imperij in Imperium occidentale
dictum est romanorum orientale vero grecorum et Imperium
romanum transijt ad francos.

CaRolus magnus pipini filius victo desiderio rege
lombardorum In italia apud papam veniens roma elec-
tus est Imperator a senatu et populo ro. et confirmatus
a summo pontifice quia adiutor erat ecclesie et quia femina
prava Imperabat in oriente. hic fuit optimus princeps
xpianorum qui terram sanctam occupatam a saracenis
recuperavit in oriente et in occidente totam hispaniam
liberavit de manibus eorum. maximus pugil ecclesie ro-
mane et protector fidei xpiane. Carolus vixit annis
lxxi. et mortuus est feliciter cum regnasset super francos
annis xlvij et Imperasset annis octo.

Lodovicus pius Caroli magni filius successit patri In
Imperio superatis duobus fratribus suis hic fuit vir
iustus sed plus clemens sobrius et temperatus ultra
omnes patiens nullis vincibilis malis qui et vivente
patre cum regnaret et post mortem cum Imperaret ma-
gnifica multa gessit devotissimus xpianus non dissimilis
patri vixit annis lxiij Imperavit xxv.

Lotarius lodovici pij filius Imperium accepit non fa-
ciens partem regni fratribus suis secundum ordinatam di-
visionem patris unde commotis viribus cum grandi strage
francorum pace facta lotarius Imperavit In italia. hic anno
xv. Imperij sui diviso filijs regno factus est monachus
et mortuus est feliciter qui fuerat violentus in vita.

Lodouicus secundus lotarii imperatoris monaci
filius imperauit annis xxi qui fuit satis fuit infelix
bellum habuit cum Carolo fratre suo crudeliter regnante
super francos et turpiter victus est et nihil magni
fecit gerens mortuus est in Italia et [illegible] sepultus
Mediolanj et dum [illegible] [illegible] repetisse Italiam.

Carolus secundus dictus caluus filius lodouici pii pa-
truus lodouici secundi et frater lotarii successit lo-
douico secundo in imperio uir lepore timidior fu-
gere quam fugare paratior dictus est grossus uel simplex
qui multa monstra fabricari fecit et demum
ueneno extinctus est cum imperasset anno et mensibus viii.

Carolus iunior nouem frater lodouici germanie nostri regis
filius et nepos eiusdem Caroli calui imperium Italie ob-
tinuit: galliam et germaniam possedit prefecit Rober-
tum ducem normannie victum de sacro fonte leuauit
et filiam dedit sibi in uxorem. hic anno xii imperii defectus
animo et corpore repudiatus est a magnatibus regni Ar-
nulfo facto imperatore et ipse Carolus mortuus est
anno sequenti.

Arnulfus ex Carolorum progenie filius Caroli ma-
gni regis consanguinei sui hic normandos mirabili
